31

Eusebius

DE

PRAEPARATIONIS EVANGELICAE

EUSEBII

EDENDAE RATIONE.

SCRIPSIT

D:r I. A. HEIKEL

IN UNIVERSITATE HELSINGFORSIENSI PUBLICE DOCENS.

HELSINGFORSIAE

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA SOCIETATIS LITTERARIAE FENNICAE.

MDCCCLXXXVIII.

Praefatio.

Editio Praeparationis evangelicae Eusebii, quae anno 1843 Gaisfordii cura Oxonii prodiit, multis in rebus, ut tunc erant tempora, laudanda, quam incerto nitatur fundamento, quisquis ad textum Eusebii animum attenderit, sine magna difficultate intelleget. Nam quae sit cognatio codicum, quibus usus est Gaisford, si quis examinare volet, codices in usum Gaisfordii ab aliis non ita collatos esse, ut iis certo confidat, modo spectet res acrius, brevi inveniet. Atque factum est, ut viri doctissimi, G. Wolf (in Porphyrii de philosophia ex oraculis haurienda libr. rell. Berolini 1856, pag. 103), J. Freudenthal (Hellenistische Studien, Breslau 1875, p. 199 seqq.), H. Diels (Doxographi Graeci, Berolini 1879, p. 159 seqq.), de necessitudine codicum non nihil differentes proferrent sententias, nullam aliam ob causam quam quod illo apparatu critico destituti illusique sunt. Diels igitur, quem tam adversis rebus miror verum fere ubique perspexisse, ut codices denuo excutiantur optat, rectius is quam Freudenthal, qui nova editione potius quam apparatu novo opus esse putet.

Equidem cum Parisiis essem et codices Eusebianos nonnullis locis forte inspexissem, lectionum in apparatu critico Gaisfordii aut omissarum aut falso indicatarum magno viso numero paene obstupui. Itaque cum et illa in

urbe per aliquod tempus versaturus et deinde in Italiam profecturus essem, mihi proposui ut omnes quos reppe-rissem Eusebii codices denuo conferrem. Quam ad rem priusquam aggrederer, optimum tamen duxi me ad hominem vel in remotissimo quoque litterarum graecarum genere maxime versatum convertere, Hermannum Usenerum, cuius ante etiam aliis in rebus usus essem doctrina. Is ut talibus studiis semper favet, per epistulam me hortatus est, ut ad ea, quae mihi proposueram, omni studio incumberem, idemque, qua est humanitate, optimis statim consiliis mihi praesto fuit. Aliquanto post Ed. Schwartzium, virum doctissimum Bonnensem, cum itinera in Italia faceret, Eusebianis quoque codicibus operam dedisse mihi scripsit. Cuius collationibus, maxime in excerptis e Clementi Alexandrino, usi, quae ipsis videretur esse cognatio codicum partim Usener partim Schwartz ipse amicissime mecum communicaverunt. Etsi nullus codex, quin aliqua certe ex parte conferretur, mihi praetermittendus erat, cognita tamen illorum virorum in hac re sententia, meus labor aliquantum levatus est. De singulorum codicum inter se necessitudine quid iudicent suo quodque loco indicabo, unde haud magnam esse inter nos dissensionem apparebit, itaque tota haec res certior et firmior videbitur. — Maximam Schwartzio debemus gratiam, quod codicem, qui Bononiae latebat, invenit. Ipsi, ut cognationem et auctoritatem eius codicis exquireret, defuit tempus; eum codicum *g f c* esse principem recte opinatus est*). Hic codex et codices *i* et *b* et *n* quem locum inter ceteros habeant et quid sit iis tribuendum — rem nondum exploratam, nisi quod Usener, ut iam antea Diels, codicem *b* cognatione cum *i* coniunctum esse dixit — ego, quantum fieri potuit, conatus sum indagare.

---

*) In codicibus signandis notis utor Gaisfordii, codices antea non collatos litteris e nominibus urbium aut bibliothecarum, ubi servantur, sumptis significavi (ex. gr. O*tt*obonianus 366 = t^6).

Codices Parisinos — e quibus plura me contulisse quam opus esset postea vidi — cum per quattuor menses, Italicos cum per tres fere menses examinassem, iam collatum habui quantum ad omnium codicum rationem perspiciendam et ad quinque primos Praeparationis ev. libros recensendos sufficeret. — Libris I—II codicibus *a*, *o* (et *b*), libris III—V codicibus *a*, *i*, *o*, libris VI—XV codicibus *i* et *o* est utendum. Plena codicum *i* et *o* libris VI—XV collatio etiam nunc mihi deest. Quam si mihi comparavero et res concedent, totam Praeparationem evangelicam — opus propter multa ex multis scriptoribus excerpta gravissimum — edam denuo recensitam. Nunc satis mihi erit, si qualis esse debeat edendi emendandique ratio recte demonstravero.

In coniecturis quod aequo parcior fuerim, vereor ne quis mihi obiciat. Sed in posterioris aetatis scriptoribus multa dure minusque usitate dicta relinquenda sunt intacta, dum graecus eius aetatis sermo plurium consociata opera accuratius erit examinatus.*) — Ne quis ex opusculo nimia quaerat: non id egi, ut omnes librorum I—V locos, qui aut recensione aut emendatione egerent, tractarem, quod ea tantum, quam typis exprimendam curavi, textus parte faciendum existimabam. Eam typis excudi iussi magis ut eorum, qui num recte de codicibus iudicavissem examinare vellent, commoditati consulerem, quam quod mutatas nonnullas lectiones protuli.

In locis Eusebii afferendis editione usus sum Dindorfii, quae in tali re editione Gaisfordii multo est commodior et in omnium est manibus. Quare, ut mihi constarem, etiam textus specimini, quod edidi, paginas et lineas editionis Dindorfii adscripsi; neque, ut editio Gaisfordii conferri posset, paginas et litteras Vigeri, a Gais-

---

*) Ad quam rem spectant ea, quae potissimum Car. Schenklii hortatu — cuius magnam, Vindobonae cum essem, cognovi humanitatem — de rebus quibusdam grammaticis et orthographicis congessi.

fordio receptas, omittendas putavi. Quod Dindorfii editione usus lectiones varias e codicibus scripsi, neque eas postea, ut textus a me receptus postulabat, semper mutavi, inde aliquam video obscuritatem, quamvis raro, exortam, quae editione Dindorfiana inspecta dissipabitur.*) — In codicibus legendis etsi neque oculis neque valetudini peperci, suspicor fieri non potuisse, quin variae codicum lectiones nonnumquam me fugerent. Id in apparatu critico signo interrogationis post notam codicis posito potius indicandum quam omnino reticendum censui. Si quae lectiones in codice *o* male trito tractatoque discerni non poterant, sed propter testimonia cognatorum codicum ibi non defuisse putandae sunt, id littera *o* uncis inclusa significavi. Si ex rasuris et apicum diversitatibus, quae exstant in codicibus (multae in *b* sunt rasurae), nihil ad lectiones cognoscendas redundare videbatur, eas saepissime reticendas putavi.

In priore libelli parte cum propter typothetae inscientiam ipsis graecis et latinis litteris corrigendis solito plus temporis, quo non abundabam, consumerem, factum est ut numeris, qui ibi multi exstant, non satis animum attenderem. Quorum quoniam haud paucos falsos esse sero animadverti, hic correctos enumero. Pag. 7, linea 14: lege 9, 27 pro 12, 27; 7, 21 lege: *δεῖν* pro *γοῦν*; 7, 22: 11, 11 pro 11, 1; 7, 26: 29, 25 pro 29, 5; 7, 29: 43, 30 pro 43, 23; 8, 5: 18 pro 10; 8, 6: 21 pro 22; 9, 21: 35 pro 34; 9, 32: 22 pro 25; 9, 35: 167, 24 pro 167, 27; 12, 7: 32 pro 22; 12, 12 adde: 32, 8; 13, 24: 26 pro 28; 14, 3: 13 pro 15; 31, 13: 33, 29 pro 38, 29; 31, 22: 2 pro 22; 37, 5: 297 pro 296; 37, 28: 295 pro 296; 38, 10: 4, 18 delendum est; 42, 16: 29 pro 28; 44, 8: 7 pro 6; 44, 30: 20 pro 23 et 19 pro 16; 47, 9: 185 pro 187; 48, 5: 17 pro 7; 54, 11: 10, 26 addendum ante „Pro"; 63, 15: 5 pro 7; 65, 2: 213, 14 pro 212, 14; 67, 23: 19 pro 99; 71, 34: 90 pro 96; 72, 11: 31 pro 34; 72, 22: 19 pro 14; 73, 2: 2 pro 1; 73, 4: 236, 11

---

*) Haec statim explicandi causa addo: 2, 15 *ὄντως* om. ceteri praeter *h e*. *ἐξοικειούμενος* ceteri praeter *h e*. 11, 24 *ἐπεὶ δὲ d j, e*.

falsum; 74, 34: 7 pro 10; 75, 12: 22 pro 2; 75, 27: 8 pro 7. In posteriore operis parte, ubi multo peritiore usus sum typotheta, cum plagulae iam correctae imprimerentur, apices (rarissime litterae) hic illic interciderunt. Eae codicum lectiones quae ita minus accurate sunt expressae, restitutis apicibus hic sequuntur. Interponuntur nonnulla alia corrigenda. Dindorfii ed. 1, 23 *πολυπαθὴς*; 2, 10 *ἀγ.*; 3, 9 *παραπτώματα*, 3 ultima linea: 17 pro 13; 3, 31 *γὰρ*; 6, 23 *τὸν*; 7, 17 *μὴν*; 7, 18 *μετὰ*; 8, 1 in scholio: *αὐτὸς* et *πατὴρ*; 11, 24 *ἐπειδὴ*; 13, 6 *δαίμοσιν*; 13, 10 *γ'οὖν*; 15, 28 *ἐπ'*; 16, 1 *δικαιοσύνης g c*; 17, 2 *σώματα*; 19, 1 *τὸ*; 19, 12 *δὴ*; 19, 20 *ἧς*; 20, 2 *αὐτὸν*; 20, 19 in scholio: *ὀρφεὺς*; 24, 28 in textu: *ἀγρίας*; 25, 5 *ἐξευρηθῆναι*; 26, 7 *τοσούτος*; 27, 7 in scholio, 4: *γὰρ*; 32, 20 in indice, 4: *τοὺς*; in scholio, 4: *τὴν* et *αὐτὴ* et *τὴν*; 34, 9 *τὴν*; 35, 1 *ἔμελλεν h d*; 37, 11 *ὃν*; 296, 9 *ἢ*; 297, 30 *τριχὴν*; 298, 23 *ὃς*; II 2, 29 *ὧ δή n*[5]; 7, 1 *πρὸ*; 10, 26 *τὰ* et *εἰς*. Cetera menda (maxime in apicibus) et pauca sunt et ab iis qui legent facile corrigentur.

Cum in optimis litterarum domiciliis versarer, libris, quos mihi in textu Eusebii tractando utilitati fore putabam, usus sum omnibus; procedente opere plura mihi inspicienda, alia denuo conferenda vidi, quibus hic, ab illis litterarum thesauris remotus, carui. Quod libellum existimantibus cognitum esse volui.

Index rerum.

DE

PRAEPARATIONIS EVANGELICAE

EUSEBII


EDENDAE RATIONE.

Prospectus codicum.

Hi sunt codices Praeparationis evangelicae Eusebii adhuc noti, quos omnes — duobus, Ox. et Voss., exceptis — in manibus habui, eorumque, ut res postulabat, aut maiores aut minores partes contuli.

Parisinus 451 (= *a*)
Marcianus 343 (= *h*)
Bononiensis 3643 (= *o*)
Parisinus 465 (= *b*)
Marcianus 341 (= *i*)
Laurentianus VI, 9 (= *g*)
Laurentianus VI, 6 (= *f*)
Parisinus 466 (= *c*)
Neapolitanus II A 16 (= *n*)
Urbinas 6 (= *u*)
Vaticanus 1303 (= *v*)
Neapolitanus II A 15 (= n^5)
Ottobonianus 265 (= *t*)
Parisinus 467 (= *d*)
Codex Collegii S. Ioann. Bapt. (= *ox*)
Ottobonianus 366 (= t^6)
Marcianus 342 (= *j*)
Parisinus 468 (= e)
Vossianus 197 (= *l*).

Quae sit cognatio et aetas codicum, ex hoc stemmate apparet.



De codice Parisino 451 (=a) et Marciano 343 (=h).

Codex Parisinus 451 (a). De hoc codice cum viri doctissimi, maxime Gebhardt O. v. et Harnack Ad., in opere quod inscribitur Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur I Band Leipzig 1883 Heft 1 et 2 pag. 24 seqq. et Heft 3 pag. 154 seqq., iam copiosissime egerint, breviter mihi licet rem exponere, in Praeparatione evangelica Eusebii maxime me continenti. Codex est membranaceus, in 4:o, 404 foliorum. Foliis 188 a—322 a continetur Praep. ev. Eusebii. In singulis paginis sunt 26 versus. Initium primi libri deest usque ad verba (editionis Dindorfii 7, 17) ἡμῖν ἢ μετὰ χεῖρας, quae sunt in prima linea paginae 188 a. In libro secundo quaternio (octo folia) excidit, unde exstitit lacuna a voce τολμήσας (ed. Dind. 78 27) usque ad vocem ἀποφηναμένων et ipsam omissam (Dind. 93, 17). Illae lacunae post undecimum saeculum ortae sunt; nam in cod. Marciano 343, qui e codice a descriptus est, non sunt. Sed ante finem quarti decimi saeculi folia interierunt; scripsit enim manus eius saeculi, ubi textus Praeparationis evangelicae nunc incipit: ἐντεῦθεν ἐλλείπουσι τετράδια δ' (deest magna pars prioris quoque operis, cfr Harnack, pag. 25) In fine voluminis a manu, si non eadem, non multo posteriore annotatum vidi quinque

quaterniones toto codice deesse. Postremum in quarto libro est lacuna: *ὅταν δὲ νέος* (Dind. 179, 20) — *διὰ τούτων* (Dind. 180, 19), ubi nihil excidit, sed illa verba a scriptore codicis *a* casu quodam omissa sunt, quare etiam in *h* desunt. In fine libri primi est haec stichometrorum annotatio: *εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς* $\bar{\alpha}$ $\overset{\chi\chi}{\sigma\tau\iota}$ $\overline{\alpha\varphi\nu\gamma}$ (=1553); in fine tertii libri: *εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς* $\bar{\gamma}$ $\overset{\chi\chi}{\sigma\tau\iota}$ $\overline{\alpha\omega\nu\eta}$ (=1858), qui numeri non valent in codice *a*; namque numerus versuum libri tertii, ubi cum nihil desit facillime numerari possunt, est 1472. Itaque hic numerus ex codice maioribus litteris aut brevioribus lineis quam codex *a* scripto sumptus est.

In folio 401 b est subscriptio semiuncialibus litteris: *ἐγράφη χειρὶ βαάνους* $\overset{\tau}{\nu o}$ *ἀρέθα* $\overset{\chi}{\alpha}\rho\varepsilon\pi\iota\sigma\overset{\pi}{\kappa}$. *καισαρειας καππαδοκιας ἔτει κόσμου ϛυκβ* (= anno mundi 6422, Christi 914). Haec subscriptio, quae infra duabus recentioribus manibus repetita est, utrum Baanis scriptoris an Arethae episcopi sit, ex forma litterarum certo diiudicari non potest. Sed cum calligraphi ipsi in subscriptionibus prima persona de se ipsis loquantur, potius Arethae subscriptio est putanda. Post primam subscriptionem sequitur altera subscriptio eiusdem manus litteris semiuncialibus *):

$$\overset{o\,o}{NN}\ \overline{N3}\ \Pi EP\Gamma A\overset{H}{M}\overset{o\,o}{NN}\overline{S}.$$

Etiam in aliis Arethae codicibus et nomen eius et pretium libri annotatum est. Codex Euclidis anno 888 scriptus (Bodleian D'Orville ms. XI inf. 2, 30) hac ornata est subscriptione: *ἐκτησάμην Ἀρέθας Πατρεὺς τὴν παροῦσαν βίβλον* $\overset{o\,o}{NN}\overline{\overline{\Delta}}$. (Harnack 40).

---

*) Duebner falso scripsit $\overset{o\,o}{MN}$ pro $\overset{o\,o}{NN}$; hanc Harnackius e coniectura veram lectionem esse intellexit. Litteras post NN erasas equidem $\overline{N3}$ esse vidi, cfr Harnack 27).

Cum hac re quaestio de scripturis secundae manus, quae in volumine passim inveniuntur, artissime cohaeret. Secundae manus scripturas et annotationes ipsius Arethae episcopi esse verisimile videtur (cfr Gebhardt pag. 177).

Certe ambae manus eiusdem fere aetatis sunt et ita inter se similes, ut nonnumquam summa cum difficultate aut omnino non discerni possint. In Praeparatione quidem evangelica argumenta librorum et capitum — haec aut in textu, in sua quodque linea, inserta aut in margine; adscripta — eiusdem manus (Baanis) sunt, quae textum scripsit. Formae litterarum, accurate scriptae, sunt semiunciales.

Differunt scholia (quorum haud parvus numerus iam plane evanuit) et nomina propria, in margine addita, scriptura humiliore et minus accurate exarata (ab Aretha), sed forma litterarum formae priorum est simillima. Si quid litteris minusculis tenuibus et minimis in textu mutatum aut in margine additum est, id secundae manus (Arethae) puto, sed in hac ipsa re alteram manum ab altera discernere saepe lubricum est. Fieri potest ut nonnulla, quae secundae manus esse significavi, re vera primae sint attribuenda.

Libris I—III ubicumque ε et τ aut σ et τ et nonnumquam ε et γ contigua sunt, et post δ in δὲ, rasurae exstant tertiae manus, ut videtur, quae litteras usu decimi saeculi coniunctas disiunxit. Quod in variis lectionibus supervacaneum erit indicare. Eadem manus, quam quarti decimi saeculi puto, ubi sunt maculae in libro secundo et tertio, litteras emendavit simulque lectiones nonnumquam corrupit. Praeterea libro IV, capp. 1 et 2, libro V, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24 lectiones plurimas erasit, sua litteris pinguibus in rasuris inculcavit. Hac in re codex *h* semper adhibendus est, unde primas codicis *a* lectiones cognoscamus. — Etsi de Praeparatione evangelica non valet, eandem tertiam manum margines foll. 33 a — 49 b, 69 a — 70 b, 80 b — 110 b, 155 a — 187 b sin-

gulorumque locorum, etiam semiuncialibus, explevisse annotandum videtur. Contuli textum Praep. ev. Eusebii (Libb. I—V).

Codex *a*, quantum vetustate, non tantum integritate lectionum ceteris praestat. Nam praeter menda leviora, quae maxime in itacismis et falsis casibus cernuntur, aliaque calami lapsu orta, non raro socordia scriptoris singula vel complura vocabula omissa, lectiones ita mutatae sunt, ut aliae exstiterint voces, quibus sententia obscuretur aut plane turbetur.

His libri primi locis vocabula omissa sunt, quem in numerum articulus et alia vocabula, quae non multum ad sententiam valent, omissa, non recepta sunt. 8, 2; 8, 12; 14, 26; 22, 27; 23, 12; 27, 12; 30, 11; 30, 17; 35, 27; 36, 5; 36, 19; 36, 28; 40, 32; 42, 10; 42, 30; 44, 14; 49, 1; 49, 6. — Initio libri quinti his invenias locis vocabula omissa: 219, 15; 220, 13; 220, 21; 221, 20; 221, 24; 222, 33; 226, 21; 226, 22; 227, 17; 227, 18; 229, 8; 229, 16; 230, 17; 230, 32; 231, 6; 234, 7.

Menda vero, ut qualis sit codex intellegatur, haec afferenda videntur: 8, 13 *γοῦν* pro *δεῖν*; 10, 15 *τῆς πόλεως* pro *τοῦς παλαιῶν*; 11, 1 *αἰώνων* pro *ἐθνῶν*; 12, 26 *εἰς* pro *εὖ*; 14, 13 *ἔργου* pro *ὅρκου*; 19, 25 *πρώτους* pro *θέους*; 23, 7 *καὶ* pro *μὴ*; 24, 7 *καθ' ἕκαστον* pro *καθεστῶτας*; 26, 25 *ἁπλουμένου* pro *πιλουμένου*, quod scriptor intellexisse non videtur; 29, 5 *ἐπὶ τὸ* pro *εἶτα*; 32, 17 *τοῦτο* pro *τὸν διόδωρον*; 34, 28 *τὸ θυσιᾶσαι δ'* pro *θυσίας ἃ δὴ*; 40, 1 *αὐτὴν* pro *αὖθις*; 42, 18 *εὐθεῖς* pro *αὖθις*; 43, 10 *αὐτῶν* pro *ἀυτόθι*; 43, 23 *γενεᾶς* pro *νεανίας*; 44, 13 *οὗτος αὐτὸς* falso scripsit pro nomine proprio *Τάαυτος*, quod nomen esse non animadvertit; 45, 2 *γενετῶν* pro *γαμετῶν*; 48, 12 *νεύοντα* pro *μύοντα*; 48, 16 *ἔτι* pro *ὅτι*; 52, 25 *τὴν* pro *τίνα*. — Ex initio libri quinti: 209, 1 *γὰρ* pro *ἄρα*; 210, 27 *πάσης οὐκ οὔσης* pro *τῆς ἰήσου*; 214, 7 *ὅπερ* pro *καίπερ*; 214, 21 *ἠγνοημένων* pro *γιγνομένων*; 217, 7 *μόνων* pro *δαιμόνων*; 217, 15 *εἶναι δ' ἐν τοῖς δαιμονικοῖς ἔρωτας* pro *ἐνίων δὲ μανικοὺς ἔρωτας*; 219, 2 *τετυρευμένα* pro

ἱστορουμένα; 219, 3 *μέν* pro *μεγάλων;* 220, 16 *ἵστασθαι μήτε* pro *εἰς τὰ τέμπη;* 220, 30 *καὶ τὸ σέβειν* pro *καὶ Τόσιβιν*, hic ut supra (44, 13) nomen proprium esse non intellegens; 221, 8 *θαυμαστὸν εἰπεῖν οὐκ ἐξ ἑνὸς* pro *οὐ θαυμαστέον, εἶπεν ὁ ξένος;* 223, 10 *ποτ' ἀδείματον* pro *ποτε δῖα μάταιον;* 223, 19 *σοφὸς ἑκάστῃ* pro *σοφοῖς ἑκάτῃ;* 223, 22 *ἀληθείης ἀλεγίζηται* pro *ἀληθείῃ σελαγίζεται;* 224, 16 *χρυσηερος* pro *χύσις ἤερος;* 224, 19 *μαντεύειν* pro *μαστεύειν;* 225, 25 *τίπτε με κικλήσκεις, κικλήσκεις* falso additum; 226, 3 *ἐρχόμενοι* pro *σπερχόμενοι.* 228, 13 *τέλειος* pro *ῥόδιος;* 230, 2 *ὑποχάριον* pro *ὑποχείριον;* 230, 22 *ον ἑρμηνεῦσαι σύμβολα* pro *ὄντα σύμβολα τὴν ἑρμήνειαν τῶν συμβόλων εἰπάτωσαν;* 231, 17 *αἱρέσεως* pro *εὑρέσεως;* 232, 1 *ὁμολογίαν* pro *ἀπολογίαν;* 232, 25 *ἀθροίσας* pro *αἰθριάσας;* 233, 1 *ὀνομάτων* pro *σχημάτων;* 233, 9 *ἀμφισιεννύμενον* pro *ἀμφὶς ἰαινόμενον;* 234, 27 *ὅλῃ* pro *αἰόλῃ.* Sed haec hactenus.

His iam exemplis apparet librarium, sententiam parum curantem neque textum quem ante se habebat satis acriter spectantem, similia fere vocabula confudisse, usitatiora pro minus usitatis aut pro iis, quae plane non intellegeret, saepe scripsisse. Quare concludere licet librarium non emendationibus adhibuisse, ut sententiae serviret. Paucis locis pro vocabulo minus usitato alterum, alteri non ductu litterarum sed significatione simile, quod quasi interpretanti in mentem venerat, in textum substituit. Cuius rei haec sola inveni exempla. 13, 13 est *γεγηρακότας* pro *παρακμάσαντας.* 140, 19 est *τράγεια κέρατα* pro *αἰγὸς κέρατα*, quod est in ceteris codicibus et apud Diodorum. 148, 23 verisimile est *ἀκρωρείας*, quod in ceteris est codicibus, verum esse, *κορυφῆς* codicis *a* interpretationem. 150, 28 est in *a ὑπὸ θνητῆς πάλιν γυναικός*, cum in aliis sit pro *γυναικός*: *μητρός*; sed paulo ante (24) erat *θνητῆς γυναικός*, quod in mente scriptoris hoc exarantis residebat. 166, 5 *τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως* pro *τῆς εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως.* 185, 26 *λάβωσιν* pro *ἕλωσι*, quod est in ceteris codd. et apud Clem. Alex. 188,4 *εἶπεν* pro

ἀνεῖλεν. De nonnullis aliis locis, in quibus aliquid dubii inest, cum de codice *i* agemus disputabimus.

Neque ordine vocabulorum codicis *a* semper est nitendum, quod scriptoribus, e quibus plurima affert Eusebius, in comparationem adhibitis intellegemus. 25, 7 est alius ordo atque in ceteris codicibus et apud Diodorum. 31, 18; 31, 27 apud Platonem; 34,23 apud Porphyrium alius est ordo.

Iam vero aliquis fortasse exspectet secunda quidem manu aliquid opis afferri. Sed secundae manus mutationes, quamquam plerumque verae sunt, tam exigui sunt momenti et tam paucos locos emendant, apertissimas corruptelas, quarum haud exiguum numerum iam attulimus, plura afferre possumus, intactas relinquunt, suo ut marte nihil scriptor secundae manus emendasse videatur, archetypum vero denuo perlegisse, unde nonnulla vocabula omissa supplevit. Lectiones secundae manus numero sunt fere sexaginta. Huiusmodi vero sunt. 25, 29 ἕτερον, super alterum ε recte αι scriptum. 28, 31 νῖκος, εῖ super ῖ scriptun. 29, 24 πληρης, super posterius η: ε recte scriptum. 34, 9 προσθελχθεισας, in margine λεχθεισας, quod rectum est. 36, 24 πολυφλυαρία, in margine recte λλή. 53, 27 βιους, αι recte superscriptum, ut fiat βιαίους. 59, 24 κατὰ της, ν super ς scriptum, ut fiat τὴν ut apud Diodorum. 68, 28 νοησας, σ superscripsit; debet esse νοσήσας. 110, 20 λέγει, ν recte additum est. 121, 12 οὕτως ἰδίαι σκοπ; in margine recte: οὑτωσὶ διασκοπ; 131, 27 μηκων, ες recte superscriptum, ut fiat pluralis numerus. 179, 15 δρωμενοι, σ recte super ultimam litteram scriptum. 232, 8 τισι, οἷς ante initium vocis recte superscriptum. — Haec vocabula aut in margine aut super lineas recte addita: 31, 22 τὰ τοιάδε, 35, 25 θέειν (utrumque apud Platonem). 54, 8 οὖν. 93, 25 ποιήσασθαι. 122, 5 κρονίωνος. 124, 9 καὶ θέος ἐκ θεῶν. 128, 2 ἐμήνυσε. 160, 25 ἀλλά. 167, 27 ταῦτα. 175, 21 ἐπὶ. 181, 27 οἷς. 194, 12 ὡς. Neque tamen negaverim haec vocabula, fortasse praeter 124, 9, talia esse, ut accurate legenti in mentem veniant. Sed

propter exiguum horum numerum prababilius est, secundae manus scriptorem nihil periclitatum esse, sed ex archetypo vera falsaque descripsisse *). Posterioris generis restat ut afferamus praecipua exempla. 41, 25 pro ταάυτου scriptum est τὰ αὐτοῦ, quod falsum est, neque res melior fit, quod super ὰ sec. m. ῆ scripsit. 46, 30 ἡ πρώτη, ἡ, quod a sec. m. additum est, certe supervacaneum est. 64, 28 ante ἐκτρῶσαι τὸ βρέφος: καὶ falso superscriptum. 65, 14 διὰ τὴν τοῦ σίτου τῆς τροφῆς: τῆς falso superscriptum. 103, 8 πλησιάσασα recte, ντ super duo ultima vocabula falso scriptum. 229, 18 οὓς ἄξιον παρ' αὐτοῦ διδαχθῆναι. Quod pro ἀξιῶν, genuina lectione, ἄξιον est scriptum, iam non falsum erat οὓς superscribere, ut fecit secunda manus. Etiam primae, ut videtur, manus additamenta inveniuntur nonnulla falsa, ut 73, 13 τούτου δὲ γενόμενον τὸν Δία καὶ τὸν ἐναντίον τῷ πατρὶ βίον ζηλῶσαι, ubi καὶ falso superscriptum. 93, 26 ἐμοὶ δοκεῖ προεπισημήνασθαι χρή, χρὴ falso superscriptum a prima manu. — 15, 25 ubi sec. m. ad ὥστε, quod falsum est, in margine ἅτε, quod et ipsum falsum est, adscripsit, suo fortasse marte emendare conatus est, nisi iam in eius archetypo utraque erat lectio.

Codex Marcianus 343 (*h*), membranaceus, constat foliis 276 scriptis, quorum 1—4 chartacea postea inserta sunt. 6—204 a Eusebii Praeparationis evangelicae libri I—V continentur. Codex est saeculi XI; vocabula disiuncta sunt, ι adscriptum (et subscriptum) deest, ν in fine vocabulorum saepe linea — signatum est. In singulis paginis sunt lineae 28. Argumenta librorum capitum-

---

*) Cfr Gebhardt pag. 175, 37), qui in Paedag. Clementis 1, 12 complura vocabula, a librario omissa, ab Aretha ex archetypo addita esse demonstrat.

que et nomina, in margine posita, litteris semiuncialibus scripta sunt. Nulla in codice inveniuntur scholia.

Contuli librum primum et eos locos, ubi in *a* lacunae sunt aut mutationes tertiae manus.

Codicem *h* Gaisford e codice *a* descriptum esse contendit. Sed cum collationes amborum codicum, quae in editione Gaisfordiana leguntur, multis mendis laborent, Dindorf suo iure demonstrasse videtur (ed. Dind. Vol. I, pag. VI seqq.) codicem *h* non ex *a* descriptum esse sed ex alio eiusdem fere aetatis libro, qui Parisino *a* simillimus fuerit. Quod Dindorfii iudicium non rectum esse novis codicum collationibus ab E. Maasio aliisque factis iam ante aliquot annos viros doctos perspexisse ex opere Gebhardti pag. 155 seqq. video. Sed cum eae collationes, quod sciam, nondum publici iuris factae sint neque res omnino in hoc opusculo, ubi de omnibus Eusebii Praeparationis evangelicae codicibus agitur, omittenda sit, quantum res postulat afferam. In *h* fere omnia menda et omnes sine exceptione lacunas codicis *a* invenias. Si qua menda *h* sibi propria habet, ut habet multa, inde nihil concludere possumus, nisi scriptorem munere suo neglegenter functum esse. Quae vero industria mutata sunt, aut statim aut priore lectione (quae est in codice *a*) erasa mutata sunt.

10, 30 in *a* falso est διατρέπειν pro διαπρέπειν, quod verum esse libr. *h* e contextu sententiae facile intellexit. Quod 13, 9, ubi ceteri τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον habent, in *h* τὸν, in *a* τῶν deest, id maius argumentum est necessitudinis quam differentiae codicum.

13, 18 in *a* falso legitur βακτήριοι, in *h* recte βάκτριοι, sed haec ipsa lectio originem ex *a* prodit, quod in *h* inter τ et ρ littera apice instructa erasa est. Simillima est res 14, 13, ubi pro falso ἔργον, quod est in *a*, in *h* verum ὅρκον legitur; namque hanc vocem, quae ex sententia necessario elicias, *h* non scripsit nisi ε et γ deletis, quorum restant vestigia. 17, 11 post δρᾶν est in *a* ἤ, in *h* vero unius litterae rasura. 18, 8, ubi sunt multae

lectiones variae, *h* initio cum *a* consentiebat, sed rasuris et mutationibus adhibitis suam propriam lectionem nactus est. — 19, 3 est in *a* δαὶ τὸ, in *h* δὲ τὸ, sed vera lectio est δ' ἂν τὸ. — 20, 19 *h* οἰάγρου scripsit, οἰ ex ὑ mutato, quod est in *a*; in margine *a* ὑάγρου, *h* ὑάγρου habet.

Qua libertate egerit auctor codicis *h* 20, 22 videas, ubi φυσικωτέραν in *a* legitur, in aliis μυθικωτέραν, libr. *h* vero μυθικωτέραν ἔτι καὶ φυσικωτέραν scripsit; num alio codice inspecto id fecerit difficile est diiudicare, cum nullum vetustiorem codicem quam *h*, praeter *a*, habeamus. Similiter suam mutandi lubidinem secutus pro σωκράτης αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πᾶσιν ἀοίδιμος, quod est in omnibus aliis codicibus, (in *d* αὐτὸς deest) σωκράτης αὐτὸς ἐκεῖνος καὶ πλάτων οἱ πᾶσιν ἀοίδιμοι ineptissime scripsit. Atque etiam maiore licentia 22, 24 pro ἀνωφεροῦς οὔσης τῆς τοιαύτης φύσεως scripsit ἀνωφερὲς γὰρ τὸ πῦρ. — 28, 31 est in *a* νῖκος, sed sec. m. supra ῖ scripsit ει, in *h* est νεῖκος sed litterae εῖ mutatae ex ι; itaque *h* quod in *a* superscriptum erat non statim vidit. — Unum exemplum addam, ut necessitudinem qua cohaereat *h* cum *a* demonstrem. 98, 3 est vox κοπετοὺς in *a* supra aliud quiddam scripta, quod equidem legere non potui; libr. *h* τυπετοὺς legit, sed cum a sec. m. in margine codicis *a* κοπετοὺς scriptum animadvertisset, ipse quoque in margine κοπετοὺς addidit. His perpensis neminem credo dubitaturum esse, quin *h* e codice *a* descriptus sit. Itaque nullius pretii est codex *h* nisi iis locis, ubi magnae illae sunt lacunae in codice *a*, et ubi quid a tertia manu in *a* mutatum est. Sed ne iis quidem locis scriptori codicis *h* nimis tribuendum, qui non solum multa menda cum *a* communia, sed etiam sua propria satis multa habeat, et quae tradita erant parum curans hic illic sua inventa intruserit.

De codice Bononiensi 3643 (=*o*), Parisino 465 (=*b*), Marciano 341 (=*i*).

Alterius quasi codicum gentis sunt codices *o*, *b*, *i*, quos eiusdem esse originis e maximo numero errorum omnibus communium apparet, quos nominatim afferre supervacaneum est.

Neque tamen ex eodem codice descripti sunt, sed primo alteroque libro codex *b* fons erat codicis *i*, postea vero scriptor codicis *i*, codice *b* deserto, fonte (*Ψ*) usus est etiam praestantiore quam fons codicum *ob* (=*X*). Hic codex (*X*) qualis fuerit iam breviter exponemus. Eum mendis non caruisse, quamvis pauciora sint quam menda codicis *a*, tam est apertum, ut non opus sit demonstrare.

Pluris interest videre num correctionibus interpolationibusque corruptus sit. Quod non cadit nisi in librum quintum, de quo mox agemus. Nam magis casu quodam et vocabulorum in animo librarii confusione quam certa quadam emendandi explicandique ratione factum est, ut his paucis locis usitatiora vocabula pro minus usitatis reciperentur. 21, 1 *λόγον κατίδωμεν* pro *ἐφοδεύσομεν λόγον*. 36, 29 *θεολογίαι* pro *μυθολογίαι*. 99, 2 *μῦθον* pro *τύφον* (hoc Diod.). 108, 11 *παρ̕ ἐνίοις δὲ τῶν ἑλλήνων ὠκεανὸν ν ο μ ί ζ ε ι ν ὑπειλῆφθαι*, *νομίζειν* falsa interpretatio pro *ὑπάρχειν*, quod est apud Diodorum quoque. 184, 28

π ο ν η ρ ο ῖ ς δαίμοσι pro *τιμωροῖς δαίμοσι* (in b hoc loco lacuna). 187, 26 *τεκούσας* pro *φερούσας*, quod est etiam apud Dionsys. Halic. (in *b* est lacuna). 188, 15 *ε ἴ ρ η κ ε ν* pro *ἱστόρηκεν*, quod est apud Dion. Halic. (in b lacuna). 195, 31 *π ο ν η ρ ῶ ν* pro *μοχθηρῶν* (in b lacuna).

Sed quinto libro textus codicis *X* et vocabulis omissis et sententiis in breviorem formam redactis industria mutatus est. Huius rei praecipua afferemus exempla; ante uncum lectiones codicis *X*, post uncum genuinas lectiones scribemus.

208, 25 *τοιγαροῦν ἕλληνες ὁμολογοῦσιν*] *ἄκουε τοιγαροῦν αὐτῶν Ἑλλήνων ὁμολογούντων.*

208, 28 *θῦ καὶ σρς χῦ πλατυνθείσης ἐν γῇ φωτὸς δίκην πᾶσιν*] *τοῦ παμβασιλέως καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων θεοῦ γνῶσιν φωτὸς δίκην πᾶσιν.*

209, 5 *ποτε*] *πω πρότερον.*

210, 29 *πῶς οὖν*] *τί δῆτα τοίνυν* (in *b* lacuna).

213, 8 *πάλιν τῶν δαιμόνων καταρξάντων*] *πάλιν τῶν φαύλων δαιμόνων τοῖς θεραπεύουσι, προκαταρξάντων.*

214, 26 *εἶδος προσηγάγοντο* (*παρεισηγάγοντο o*) *δαιμονικὸν*] *εἶδος αὐτοῖς τὸ δαιμονικὸν παρεισήχθη.*

215, 10 *γραφῆς τῆς περὶ*] *γραφῆς ἣν πεποίηται περὶ.*

215, 13 *ἱστορεῖ*] *τόνδε γράφει τὸν τρόπον.*

220, 3 *γῆν τε ὁμοῦ* (*ὁμοῦ τε o*) *καὶ θαλ.*] *γῆν ὁμοῦ τε πᾶσαν καὶ θάλασσαν.*

228, 18 *ἀφεθῆναι*] *ἀπολύσεως τὴν ἐξουσίαν.*

232, 4 *αὐτὸς οὖν ἐν*] *ὁ δὴ οὖν αὐτός.*

232, 20 *οὕτως φάσκοντα*] *ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον*; 233, 10 et 16, 236, 10 similis fere est mutatio.

235, 27 *αὐτὰ ἀπεστράφθαι*] *τὴν ἀποστροφὴν αὐτῶν πεποιῆσθαι.*

240, 19 *κατάλυσιν γενομένην μετὰ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα καθ' ὅλης τῆς γῆς* (in *b* lacuna) *κατάλυσιν οὐκ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὸ προελθὸν εἰς πάντας ἀνθρώπους κήρυγμα τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας γεγενημένην.*

247, 24 *τούτοις ἐπισυνάπτει*] *ταῦτα ἐκθέμενος εὐθὺς ἐπισυνάπτει.*

264, 27 τιμᾶται] τιμητέος ἐστίν.

Has mutationes e codice *b*, in quo aliis quoque locis ut libro tertio 123, 17 et initio libri undecimi similes fere mutationes inveniuntur, non sumptas esse inde concludas, quod etiam iis locis, ubi sunt lacunae in codice *b* (vide supra), nobis occurrunt. Codex *X* igitur, hoc libro excepto, testis erit haud spernendus.

Codex bibliothecae universitatis Bononiensis 3643 (*o*), bombycinus, duabus manibus dissimillimis est scriptus. Secunda neglegentissima scriptura, litteris minimis, atramento pallidissimo, 32—38 versibus in singulis paginis, folia 1—79 complevit. Codex initio mutilus et valde laesus est. Textus incipit vocabulis (ed. Dind. 6, 8) ἀλλοφύλων ἐθνῶν κατήγγειλαν. Propter margines resartos num ibi nomina propria, ut in apographis, exstiterint dici non potest. Duo ultima folia libri V litteris in singulas fere lineas crescentibus scripta sunt, ut scriptor tota folia explere intendisse videatur. Libri VI—VIII eadem manu multo maiore cura scripti sunt. Post finem libri octavi (fol. 78 b) haec litteris crescentibus fol. 79 scripsit: τὸ δεύτερον (sic) βίβλιον εὐσεβίου τοῦ παμφίλου. τὸ δὲ τὸ ἔνατον περιέχει σύγγραμμα τῆς εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς· ὁπόσοι τῶν παρ' ἕλλησι . . . Desinit fol. 79 b cum vocabulis ὁπόσοι τῶν παρ' ἕλλησι λογογράφων τοῦ ἰουδαίων ἔθνους μνείαν ἐποιήσαντο.

Prima manus folia 80—244 (foliis 181 et 182 exceptis) scriptura perspicua, admodum alta, quae vetustior est quam ea quam in priore parte invenimus, exaravit. Indices capitum aut caeruleo aut rubro scripti. In singulis paginis sunt lineae 32—38. Atramentum nigrum chartam multis locis comedit, ut quid scriptum sit aut cum difficultate aut rarius omnino non legi possit. Textus, quem prima manus scripsit, nono libro incipit et usque ad τοὐναντίον (ed. Dind. II, 156, 13) progreditur. Deinde secunda manus folia 181 et 182 explevit a

vocabulis (ed. Dind. 156, 14) *οὐδὲν. πότερον οὖν* . . . ad (ed. Dind. 161, 4) *ἐξ ἀθλίων εὐδαίμονας γεγονέναι.* Deinceps hae paucae voces sequuntur: *καὶ τἄλλα δὲ τὰ τούτοις* (confer ed. Dind. 162, 10 ubi eadem fere verba inveniuntur). Cetera desunt ad finem libri duodecimi. Fol. 182 prima manus denuo incipit ab initio (indice) libri tertii decimi et ad finem rem perducit, quo facto haec metrica subscripsit: *μέμνησο τοίνυν ταῖν χεροῖν ὅστις φέρεις: ῥακενδυτοῦντος γραφέως νικῆφόρου* (sic): *ἐξαπτερύγων ἐκ γένους κατηγμένου: σῶσαι θς λέγων περ αὐτὸν ἐν κρίσει.* Margines per totum codicem agglutinati sunt. Quare ubi infimae textus lineae in posteriore codicis parte obscuratae erant, textus manu, quae priorem codicis partem confecit, in margine rescriptus est. Cum scriptura huius manus (quae priorem codicis partem scripsit) certe quinquaginta annis recentior sit quam altera, quam initio tertii decimi saeculi exstitisse putaverim, et cum illam ut foliorum annexorum paginas impleret operam dedisse et duo folia in medio antiquioris manus textu scripsisse invenerimus, neque tamen condicio lectionum in altera parte alia sit atque in altera: recentior manus e codice (quem manus quam antiquiorem diximus scripsit) laeso — quod marginibus additis licet conicere et foliis atramento comesis etiamnunc apparet — folia, quae maxima vitia traxissent, abstulisse in novisque foliis textum descripsisse videtur. Quod cum sine mendis fieri certo non potuerit, posterior codicis pars priore praestantior putanda est.

Sed e iam resarto codice *o* nescio an codices *g* et *n* descripti sint. Sed in codice *n* propter aetatem codicum id pro certo non habeo. Contuli libros I—V, lib. VI cap. 7, XI ad cap. 7, 12. — Codicem nemo antea contulit nisi pauca quaedam Schwartz, qui codicem primus invenit meque de ea re per Usenerum certiorem fecit. Ut codex *X* iam vitiis non caret, ita codex *o* numero errorum, quamvis non admodum gravium, laborat, sed si hunc codicem cum codice *b* comparamus, *o* et inte-

gritate lectionum et textu non mutilato illi multo praestare videmus.

Codex Parisinus 465 (=*b*), bombycinus, 207 foliorum, 29—31 lineis in singulis paginis, scriptura crassa et indecora, compendiis scatens, decimo tertio saeculo exaratus est a Longino quodam *), qui post finem textus haec scripsit: ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς ἐμοῦ λογγίνου τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες ταύτην εὔχεσθέ μοι διὰ τὸν κυριόν. Codex, initio mutilus, incipit cum indice capitis septimi libri primi: ὁποία τις εἶναι λέγεται ἡ καθ' ἕλληνας κοσμογονία et deinde vocabulis (ed. Dind. 21, 27) περὶ μὲν οὖν θεῶν . . . . Liber duodecimus totus deest; praeterea codex multis lacunis laborat, quae saepius ratione quadam librarii admodum perversa res minus necessarias circumcidendi quam casu et incuria exstiterunt. Cum atramentum multis locis pallidum factum esset, manus multo recentior partim singulas litteras partim totas paginas meliore atramento renovavit. Eadem manus exitus, si qui deerant, addidit, exitus pro compendiis substituit, nonnulla mutavit. Hunc hominem post medium quintum decimum saeculum fuisse inde apparet, quod fol. 174 a in margine, ut aliquis in codice latine annotavit, „de Caluda ab hostibus redempto cum uxore sua Caludena anno mundi apud Graecos 6962, qui fuit Chti 1454" graece narrat. Eadem manu in fine voluminis scriptae sunt sententiae, pleraeque de institutione principis, e variis scriptoribus excerptae, item „fabella sive responsum redditum monacho qui medicum rogaverat, num quid remedii haberet adversus peccata". Quinque primos libros contuli et e sexto atque undecimo tantum quantum e codice *o* me contulisse indicavi. De hoc codice et proximo simul agemus.

---

*) Idem vir codicem Parisinum 483 anno 1272 exaravit, Diels Doxographi graeci, pag 577.

Codex Marcianus 341 (*i*), chartaceus, saeculi 15, constat foliis 300 scriptis; in singulis paginis sunt versus 34—35, qui proxime absunt alter ab altero. Scriptura est densa, compendia certorum generum, ut exituum *ως*, *ας*, *ων*, *ται* frequentia, alia admodum rara.

Litterae initiales sunt rubro scriptae, saepe in marginem eductae, nonnumquam etiam in medio vocabulo occurrunt. Indices capitum, item rubro scripti, partim in textu partim in superiore aut inferiore aut exteriore margine positi sunt.

Idem scholion atque in codice *a* prima manu pag. 267, 7 (Dind.) ad vocem *πεφατνευμένους* additum est: *πεφατνευμένους λέγει τοὺς ἀσκητὰς διὰ τὴν σωμασκίαν καὶ τὴν ἀναγκοφαγίαν*. In libro quinto nonnullis locis pauca inveniuntur vestigia scripturae neglegentissimae alterius manus, quae eadem manus nonnulla vocabula in marginibus foliorum 191 a et b, 194 b, 219 b, 234 a et b addidit. In foliis 211 a et b, 212 b (Lib XII) nonnullas textus mutationes scriptura, quae primae manus scripturae non plane similis, alterius vero manus scripturae dissimillima est, in margine factas vidimus.

Numerus quaternionum, qui aut octo aut sex foliorum sunt, prima manu in initio et fine singulorum quaternionum in infimis marginibus annotatus est. Fol. 258 a numerus $\overline{λε}$ indicatus est, idemque in fine quaternionis fol. 265 b. Hic scriptura primae manus cum vocabulis *τὸν ἀναξαγόραν εἰσάγει* (ed. Dindorfii II 295, 12) desinit, nisi quod haec manus in infimo margine rubro *ζῆθ'* scripsit. Deinde textus (*πρῶτον φάσκων αὐτὸν* . . . ed. Dindorfii 295, 13) alia scriptura minus rotunda et alio atramento continuatur usque ad verba libri XV *τί ἄν τις ἐπιὼν ἐπὶ πλέον μηκύνοι* (ed. Dind. 372, 9). Deinde dimidia pagina vacua atque vestigia trium foliorum resectorum sequuntur. Neque tamen in his foliis quidquam scriptum fuisse crediderim, quod iis multo plus contineri potuerat quam quod est in lacuna, quae iam sequitur (= ed. Dind. 295—301). Nam fol. 295 *a* textus, denuo

ea manu scriptus, qui priorem voluminis partem confecit, incipit cum vocabulis lib. XIV (ed. Dind. 301, 6) εἶναι τὸ παράπαν μητ' ἐν αἰσθήσει μητ' ἐν λόγω καταληπτὸν ὁριζομένους, deinceps lib. XIV (Dind. 334, 30) μετελθεῖν δὲ καιρὸς τοὺς περὶ τὸν ἀριστοτέλην καὶ τὴν τῶν στωϊκῶν φιλοσόφων αἵρεσιν (τά τε λοιπὰ — ἐπιθεωρ. desunt) ὡς ἂν καὶ τῆς ἐκ . . . φιλεγκλήμοσιν. Deinde sequitur index decurtatus libri XV et excerpta huius libri, ut ed. Dind. 342, 7; 372, 4; 372, 11, 373, 21; 392, 6 aliaque. De his rebus accuratius agemus, cum posteriorem quoque codicis partem contulerimus. Nunc quinque primos libros (antea non collatos), caput septimum libri VI et 11 paginas (ed. Dind.) libri XI collatas habemus.

In folio, quod est ante folium quod numero 1 signatum est, aliquis librum Bessarionis cardinalis esse rubro scripsit.

Codicem *i* primo alteroque libro e codice *b* descriptum nonnullisque locis non sine quodam librarii acumine correctum esse iam demonstrare conabor. Maximus numerus lacunarum omnesque fere errores codicis *b* etiam in *i* inveniuntur. Iam initio libri primi, ubi *b* usque ad pag. 22 mutilus est, lacunae sunt in *i*, quas, ut magnum errorum numerum in ea codicis *b* parte, quae periit, exstitisse verisimile est. Quae si in *o* quoque leguntur, certum est indicium codicem *b* iis non caruisse.

Vocabula singula aut, ut ex indice qui sequitur apparet, tota series vocabulorum his locis et in *b* et in *i* desunt: 22, 15. 23, 11. 24, 5—17. 25, 4. 25, 9. 25, 21. 27, 10. 27, 30—32. 28, 4. 30, 7—16. 33,32—34, 8. 38, 10—11. 39,10—40,3. 41, 19. 42,30—43,1. 43, 4. 43,23—44, 5. 45,32—46,7. 46,18—19. 47,18. 47, 23. 47,25—48,10. 48,10. 48,31—49,25. 51,6—11. 52, 11—16. Neque libro altero res se aliter habet.

Lectiones maximeque errores codicum *b* et *i* proprii communesque circiter triginta libro primo inveniuntur, e quibus paucos afferam. 28, 13 pro ὑποβολήν τίνα κόσμον est in utroque φέρεσθαι. 36, 17 τὴν ἀπό-

δεῖξιν ἔχοντες legitur in *b i* pro ἀπονενεμῆσθαι περιέχοντες. 36, 26 ἐφευρητὰ est in *b i* pro ἐφευρημένα. 38, 25 εἰδὼς in *b i* pro εἰδέναι. 45, 6 ἐστιὼν in *b i* pro ἐπιών. — Altero quoque libro numerus errorum utrique communium haud exiguus est.

Sed suis propriis erroribus *i* libro primo alteroque minime caret. Nam ab eo loco, ubi incipit codex *b*, usque ad finem libri primi viginti octo repperi exempla, ubi scriptor codicis *i* suo errore aut falsum aliquid scripsit aut voces omisit aut ordinem vocabulorum mutavit.

Iam vero priusquam ad ea, quae scriptor codicis *i* industria mutavit, examinanda progrediamur, primum de alia re erit agendum. Nonnullis enim *codicis b* locis, ubi secunda manus aliquid scripsit aut mutavit, vestigia restant primarum lectionum, quae nonnihil a lectionibus postea scriptis differunt. Hae utrum coniectura an alio codice adhibito natae sint diiudicari non posset, nisi 32, 2 voces πρὸς ταύτην — 4 ἠπιστάμην manu secunda insertae essent, quod sine alio codice adhibito fieri non potuit. — Alia est quaestio utrum eundem librum manuscriptum (*X*) corrector (sec. m.) atque prima manus an alium adhibuerit. Hoc verisimilius videtur, quod altera manus ab altera aetate circiter ducentorum annorum distat. Nam mirus fuisset casus, si post tam longum temporis intervallum uterque scriptor (m. pr. et sec.) eundem veterem librum (*X*) in manibus habuisset. — Itaque si id non verisimile est, codex *i* non ab vetere illo fonte derivatus est, sed e codice *b* secunda manu correcto descriptus est. Omnes enim secundae manus lectiones codicis *b*, ut vocabula inserta, quae supra nominavimus, ut ἐκ pro ἐν 44, 28, ut ἄγει pro ἄγεται 44, 31 aliaque multa secunda manu codicis *b* aut recte aut falso mutata in *i* inveniuntur. Eadem est in hac re condicio codicum altero quoque libro.

Age vero exempla spectemus, ubi consilio scriptoris *codicis i* factum est, ut a codice *b* dissentiret. 22, 6 est ἀναγράψομαι — ἀρξάμενος, in codd. *b o*, sed cum auctor

(Diodorus) in proxima superiore sententia plurali numero usus esset, non est quod miremur scriptorem codicis *i* hic quoque pluralem numerum praetulisse (ut est in *a*) — 23, 1 in *b* ἐπὶ τοῦ falso scriptum pro ἔπειτα, quam veram lectionem librarius *i* coniectura restituit. — 23, 22 in *b* τοῦ scriptum est pro γῆν; hoc, quod nexu sententiarum postulatur, scriptor codicis *i* suo ingenio invenire potuit. — 24, 20 pro ἑκάστου codicis *b* ἑκάστων *i* recte scripsit, quod pluralis numerus συνταξάντων sequitur. — 27, 6 ἀποφαίνεται — 8 διαβάλλει om. *b* (*h*). Haec vocabula in *i* deesse non annotavi, neque tamen certum quidquam de ea re dicere ausim, — id quod valde doleo — cum mihi non contigerit, ut postea per litteras de ea re certior fierem. — 29, 3 libr. *i* ante γῆν articulum addidit, qui in *b o* deest. — 29, 10 ἀποληφθέντος, quod est in *b o*, libr. *i* in ἀπολειφθέντος mutavit. — 32, 25 pro ἐτύμου est in *i*, ut in *a*, falsa lectio ἑτοίμου, quam librarium codicis *i* e codice *a* sumpsisse non necesse est putemus, cum ἑτοίμου vox sit usitatissima, ἐτύμου raro inveniatur. — 32, 27 τῆς, in *b* ante διαλέκτου omissum, libr. *i* addidit. — 35, 30 ordo codicis *b* in fine sententiae est εἶναι δῆλον; hoc libr. *i* in δῆλον εἶναι, quod melius cadit, casu quodam et sensu videtur mutasse, sed est in aliis quoque codicibus. — 36, 11 εἰσθρησκεύετο, quod intellegi non potest, libr. *i* recte in ἐθρησκεύετο mutavit. — 37, 13 φοινικῆς ceterorum codicum lectionem (praeter *a* in marg.) in *i* κι superscripto in φοινικίκης mutatum est. — 38, 9 cum scriptor codicis *i* voce καὶ (pro τοὺς), in *b* scripta, sententiam turbari intellegeret, καὶ omisit; neque tamen, quod facere potuerat, si alios codices semper adhibuisset, τοὺς restituit. — 39, 9 est in *b* (et *o*) πολὺν αὐτοῖς ἐπῆγον τὸν τῦφον, articulo ante τῦφον posito, quem initio in *i* quoque fuisse inde concludo, quod ν vocis ἐπῆγον in trium aut quattuor litterarum est rasura. — 41, 6 pro σελήνη est vox admodum inusitata μήνη in *b*; σελήνη in *i*. — 43, 5 θρίων in *b*, θρύων *i*. — 43, 6 unde libr. codicis *i* pro οὔσων, quod in *b* est, οὔσωον sumpserit difficilius

est dictu, nisi eum alium codicem adhibuisse putamus. — 44, 13 est *μείσωρ οὐ τάαντος* in *b* (*o*), quod idem in *i* fuisse inde intellegas, quod littera *ι* vocis *μίσωρ* in rasura est et post *ρ* rasura duarum litterarum sequitur. — Neque aliter res se habet 44, 20, ubi pro *ἐλιοῦν* in *b* *ἐνοὺμ* scriptum est; in *i* est *ἐλιοὺν* sed postrema pars in rasura. — 51, 24 *ὅτι καὶ διάπυρόν ἐστι. καὶ* omissum est in *b o*; non item in *i* neque in *a*. — 54, 5 est *ἀχώρησις* in *b*, in *i* vera lectio *ἀναχώρησις*, quae sine magna difficultate coniectura inveniri potuit. — 56, 17 *καὶ* ante *παρθένους* omissum est in *i* (ut in *a*). — 57, 27 *τοῦ* ante *τυφῶνος* in *i* (ut in *a*) deest. — 58, 7 pro *μεταβαλόντα*, quod est in *b*, in *i* (et *o*) *μεταβάλλοντα* legitur; in *a* est *παραβαλόντα*. — 61, 30 est in *b* *τῇ* (aut *ταῖς*) *γυναιξι*; in *i* est *τῇ γυναικὶ*, ut in aliis libris, sed *ῇ* vocis *τῇ* et *κὶ* vocis *γυναικὶ* in rasura sunt; itaque verisimile est lectionem codicis *b* postea in *i* mutatam esse, quod coniectura fieri potuit. — 63, 20 *αὐτοῦ* codicis *b* in *αὐτῶν* mutandum libr. *i* ex nexu facile intellexit. — 67, 12 casu quodam nescio an acciderit quod in *i* *ἡρακλέος*, ut est in *a*, pro *ἡρακλέους* scriptum est. — 72, 16 pro *κεβέλης* in *b* est in *i* *κυβέλης*. — 72, 17 est *συμπλανηθῆναι*, quod idem est apud Diodorum, in *b*, *συνευθῆναι* (*νη* superscripto) in *a*, *συμπλακῆναι* in *o* et *i*. — 77, 4 pro *κολοφῶντος* cod. *b* est *κολοφῶνος* in *i* (ut in *a*). — 77, 14 *περὶ* est in *b*, *παρὰ* in *i* ut in ceteris codicibus. — 77, 29 pro falso *ὄντες* (in *b*) fortasse e nexu sententiae, *ὀργιάζουσι . . . τὴν ἱερομηνίαν ἄγοντες*, scriptor *i* *ἄγοντες* veram lectionem, quae est in aliis quoque codicibus, repperit. Philologus nostrae quidem aetatis propter *αν*, quod est in voce proxima superiore, lectionem *ἄγοντες* statim inveniret. — 78, 20 est in *b* *μυθ* cum duarum litterarum rasura, *i* hoc loco falso scripsit *μῦθον* pro *μύθους*. — 81, 2 est in *i* *χρύσεα*, quod metro postulatur, in *b o* est *χρύσεια*. — 81, 21 est *ἀπεκτονότες* in *b o*, in *i* *ἀποκτενόντες*, in *a* *ἀποκτείναντες*. — 83, 5 est *ἵν' ἔχοις* in *b o*, *ἵν ἔχεις* in *h*, *i* recte *ἵν' ἔχῃς*, unde concludas auctorem codicis *ι* etiam sine codicum ope,

eorum quidem qui restent, verum invenisse. — 83, 9 pro γελῶν est in *b* κῦ; in *i* est vera lectio γελῶν cum litteris γελ in rasura. — 83, 9 prima littera vocis μείδησε in *b* est erasa, in *i* recte μείδησε. — 83, 18 in *b* est ἐρεχθηων, in *i* vera lectio ἐρεχθειδων cum θειδων in ras. — 89, 1 in *b* ἀμόλπου scriptum est cum ἀμ in rasura; in *i* recte εὐμόλπου legitur, (*h* εὐκόλπου). — 89, 12 *b* τελμησῶ, *i* τελμισσῶ cum ι in rasura (idem in *o*). — 91, 1 pro εἶς est ἴς in *b*, εἶς in rasura restituit scriptor *i*. — 92, 13 ubi *b* pro δυσσεβείας: εὐσεβείας habet, ευ in *i* paene erasum est. — 95, 19 ῥαδείως est in *b*, *i* recte ῥαδίως scripsit. — 96, 31 in serie vocabulorum οὗτος γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ libr. *b* γὰρ ἐν τῷ omisit, in *i* γὰρ solum deest. — 98, 2 pro ἄγεται est τελεῖται in *i o*, sed credo idem in *b* quoque fuisse, quamquam oblitus sum annotare, quod ex reticentia in hac re Gaisfordii etiam concludo. — 98, 16 τῶν οἴκοθεν νομίμοις, quod est in *b*, scriptor *i* in τοῖς οἴκ. ν. (quod est in ceteris) mutavit. — 98, 29 καταυλούμενοι codicis *b* facile erat scriptori codicis *i* in καταυλούμενος mutare, cum sit nexus vocabulorum τις οὔτε καταυλ. πορεύεται. — 100, 19 item sine difficultate ἐπαγγελομένων (codicis *b*) scriptor *i* in ἐπαγγελλομένων correxit. — 100, 21 est εὑρησιλογίας in *a* et *b*, in *i* (et *o*) εὑρεσιλογίας. — 102, 20 est τὴν κιθαρῶ in *b* pro vera lectione τὸν κιθαιρῶνα, quae est in *i* ceterisque. — 103, 15 est in *b* εἰλείθυαν, in *i* est εἰλείθυιαν (sed εί in rasura, et postremum ι additum est). — 103, 24 ἐνωνομάσται est in *b*, quod scriptor *i* in ἐπωνομάσται correxit. — 103, 25 in *i* est ἀπότροπον, vera lectio, pro ἀποτρόπων codicum *b o*, ἀπότροπών codicis *a*. Hic quoque auctorem codicis *i* suo marte verum invenisse videmus.

Itaque omnibus locis, qui in hac quaestione alicuius sunt momenti, examinatis, auctorem codicis *i* in falsis lectionibus codicis *b* corrigendis, nisi iis locis ubi est rasura, alium codicem adhibuisse non necesse est putemus. [103, 22 est ultimus locus, ubi *i b* in errore consentiunt: ἐμπυρεστάτων pro ἐμπυρωτάτων. 103, 28 *i*

et *a* consentiunt ἡ omisso, et proxima linea in utroque ἔφη deest. 104, 5 *i* lacunam iam non habet cum *b* communem].

Neque tamen negari potest scriptorem codicis *i* codicem *a* in manibus habuisse, an quo modo scholion lib. V (Dind. 267, 7) codicis *a* etiam in margine codicis *i* prima manu scriptum esse neque in ullo alio codice inveniri explices? Itaque fieri potest, ut si quae in rasura correcta sunt in *i*, auxilio codicis *a* sint correcta.

Si a libri tertii cap. 1 media quinta paragrapho lectiones varias codicis *i* examinare incipiemus, eum non admodum magno gravium errorum numero laborare videbimus. Qui sunt in eo errores, iidem aut in *a* aut in *o* aut raro in *b* inveniuntur. Unde quis fortasse concludat, codicem *i* his omnibus codicibus adhibitis confectum esse; sed obstat, quod a sexto libro, ubi iam *a* deest, ea est codicis *i* praestantia, ut omnibus ceteris multo sit melior. Lectiones, maxime falsas, quibus quem locum *i* inter ceteros codices habeat appareat, hic adiungemus nonnullas. 103, 28 ἡ recte, ut videtur, omissum est in *i a*. 103, 29 ἔφη omissum in *i a*, quo si omittitur minime careas. — 103, 30 ἄταρ in *i b* pro αὐτὰς, quod metro versus postulatur. 103, 30 εἰλείθυια *i o b*, in *a* εἰληθυί (postea littera erasa). 103, 31 φόους δέ in *i*; in *a* solo vera lectio φόωσδε. 103, 31 εἶδεν *i* pro ἴδεν in aliis. Si scriptor codicis *i* id egisset ut textum ope multorum codicum emendatum praeberet, illos quattuor errores, codice *a* adhibito, corrigere potuerat. 104, 2 εἰ αὐτὸ θεὸς in *i* pro ἡ αὐτὴ θεός. 104, 10 σκεψάμενον pro σκηψάμενον. 104, 11 ἀναλκομένους pro ἀλαλκομένους. 104, 14 δαδάλη pro δαιδάλην. 104, 15 post ὑμέναιον in *o b* sequitur γαμήλιος ᾠδή, quod ineptum additamentum neque in *i* neque in *a* legitur. 104, 19 *i* solus recte πλαταιίδων habet. 104, 24 δ' pro δὲ. 104, 30 καὶ ante ἀνωμαλίας in *i* et *a* deest. 105, 2 διφορᾶς in *i* pro διαφθορᾶς; 105, 2 διαλαμβάνει pro καταλαμβάνει. 105, 5 συνώμβρισε in *i* solo recte, in ceteris συνώμβρησε(ν). 105, 10 in *i o* ordo minus aptus: ἀνέσχεν

ἐκ τῆς γῆς τῶν φυτῶν ἡ δρῦς. 105, 16 τοι pro τε, quod metro postulatur. 105, 22 ἥρως pro ἥραν. προσαγορευομένην pro ἀναγορευομένην. 105, 24 τὴν inepte additum est ante ἥραν. 105, 26 λητοῖ cum οἶ in rasura pro λητώ. 106, 1 εἰς τ' πῦρ (sic!). 106, 5 δ'οὖν *i o b* pro γοῦν. 106, 5 ἐν κρατύλω in *i*, ἐν κρατύλλωι in *a*, ἐν τῶ κρατύλω *o b*. 106, 8 ἐν deest. 106, 12 φαίνονται . . . τούτους μόνους τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι οὕσπερ (τοὺς in *i a* additum, ut est apud Platonem). 106, 17 εἶναι positum post ἥλιον in *i o b*. 106, 18 χωρὸν in *i*, χωρίον in *a* pro vera lectione χωροῦν, quae est in *o b*. 106, 30 pro ἑστίαν in *i* αἰστίαν. 107, 3 δὲ inepte additum post ἥλιον *i*. φησὶ in *i a* pro φασὶ. 107, 8 δ' *i b* pro δὲ. 107, 12 τὸν δὲ pro τὴν δὲ. 107, 17 τό τε πνεῦμα καὶ πῦρ τὸ ξηρὸν *i o b*. 107, 22 δὲ pro δ' (in *a* δὴ). 107, 30 τούτου pro τοῦτο. 108, 9 ὠνομάσαι pro ὀνομάσαι. 108, 10 τρυφῆς pro τροφῆς. 108, 19 εἰλειθυίας *i o* pro εἰληθυίας. 108, 27 αὐτοῦ τὴν φύσιν in *i* pro αὐτῆς τὴν φύσιν in *a* et apud Diodor. pro τὴν φύσιν αὐτῆς in *b o*. 109, 1 πρόσωψιν pro πρόσοψιν. 109, 1 ἔχειν deest in *i*. 109, 10 κατὰ τὴν ποίησιν, τὴν addito, *i b*. 109, 11 ἀλλοδαποῖς *i* pro ἀλλοδαποῖσι. 109, 12 ἐπιστροφῶσι pro ἐπιστρωφῶσι. 109, 13 ἀνδρῶν pro ἀνθρώπων. 109, 13 ἐσθιῶντες *i* (in aliis aliter) pro ἐσορῶντες. 109, 14 αἰδίων pro ἀΐδιον. 110, 3 κρόνον om. *i*. 110, 5 εἰς πῦρ, omisso articulo, *i o*. 110, 20 ordo: λέγειν μορφὰς εἶναι καὶ εἰκόνας in *i a*, sed in *a* εἶναι punctuatum est, quod auctorem codicis *i*, si codicem *a* hoc loco adhibuisset, fugere non potuerat.

103,28—116,28 summa est errorum, maxime calami lapsu ortorum, codicis *i* circiter octoginta, quorum *i* novem cum codice *a*, novem cum codicibus *o b* (sed in *b* lacuna est tribus locis), sex cum codice *o* solo, tres cum codice *b* solo communes habet. Eodem textus spatio plus centum triginta errores in *a*, minus septuaginta in *o* inveniuntur. Eadem fere manet codicum condicio in iis quae sequuntur. Sed libro quinto codex *i* longius a codice *o* abest, sed inde factum est, quod hoc

libro is, qui fontem codicum *o b* (=*X*) scripsit, suo arbitrio ut videtur, non paucos textus locos mutavit maximeque in brevioren formam redegit. Itaque cum codex *i*, qualis libro tertio est, talis in iis quae sequuntur maneat, sive codices quibus eum interpolatum putes desunt (codex *a*) sive aliqua ex parte aliam induunt naturam (*o* libro quinto), sequitur ut fons eius (*Ψ*) medium quendam inter codicem *a* et fontem codicum *o b* (=*X*) teneat locum.

Tamen ut verisimile est scriptorem codicis *i* in libro primo alteroque emendandis codicem *a* adhibuisse, ita e nonnullis quamvis paucis exemplis concludere necesse est, librarium *i* eundem codicem extremo quarto et initio quinti libri inspexisse. Cuius rei haec sunt indicia. 164, 1 τὰ γὰρ καθ' εἱμαρμένην γινόμενα πῶς ἄν τις φυλάξασθαι δύναιτο. γινόμενα est lectio codicis *o*; in *i* falso γενέσθαι scriptum est; sed ut in codice *o* (*X*) corrigeretur fieri potuit. — 166, 2 ὡς ἂν . . . κατμάθωμεν in *o* et *b*, in *a i* καταμάθοιμεν; sed hoc quoque loco librarium *X* correxisse*) verisimile est; nam 169, 2 est ὡς ἂν μάθοιμεν in *i o b*. — 177, 13 τὰς πρόσθεν λεχθείσας καθ' ἡμῶν ἀρὰς *o b*; in *a i* προσενεχθείσας. Ne hic quidem negari potest scriptorem codicis *X* verum coniectura invenire potuisse. Eadem vocabula etiam 35, 9 inveniuntur, ubi *b i* soli verum praebent, in *a* est προσθελχθείσας, in *o* πρόσθεν ῥηθείσας. — His igitur locis si similitudo, quae est in corruptelis apertis inter *a* et *i*, eo modo explicari potest, ut scriptorem codicis *o* textum emendasse putemus, id in his quae sequuntur exemplis fieri iam non potest.

Nam 201, 3 est in *b o* Χριστὸς . . . . τὴν φυγὴν προεξένισεν (= προεξένησεν, quae lectio 208, 23 voce προξενηθεῖσαν defenditur); in *a i* προεκήρυξεν, quod

*) Quamquam optativum ex usu Eusebii esse ad pag. Dind. 21, 11 demonstravimus.

f o r t a s s e interpretans librarius *i* casu scripsit, sed id e codice *a* sumptum esse verisimilius est. — Similiter 202, 30 in *o* et *b* θεοὺς ἑαυτοὺς ἐ π ι φ η μ ί ζ ε σ θ α ι βούλονται, in *a* est ν ο μ ί ζ ε ι ν in *i* ν ο μ ί ζ ε σ θ α ι, quod tamen utriusque potest esse librarii interpretatio sine alterius adiumento. — 212, 11 τοῖς τῶν ἀνθρώπων κακοῖς ἐ π ε ν - τ ρ υ φ ῶ ν τ ε ς, hoc vocabulum scriptor codicis *X* vix coniectura invenire potuit pro falso ἐπεντρίβοντες, quod ex *a* librarius *i* sibi assumpsit.

Quae cum ita sint, libro tertio, quarto, quinto si quae lectiones codicibus *a* et *i* communes inveniuntur, eas iam in communi eorum archetypo fuisse certo et sine haesitatione contendere non possumus. Codicis *i* tamen scriptorem nisi iis locis, ubi voces minus usitatae, ut eae quas attulimus, occurrebant, codicem *a* non adhibuisse quodam iure pro certo habeas. His igitur codicibus: *a*, *o*, *b*, *i* in textu Eusebii constituendo utendum est, ita tamen, ut libro primo alteroque nulla sit codicis *i* auctoritas, *o* codici *b* mutilato ubique praestet, ab initio libri sexti *i* et *o* (*b* hic ut in superioribus paene neglegi potest) soli sint fontes.

Sed altera familia (*a*) altera (*i o b*) non potior est, quare inter utriusque familiae lectiones, ut res et usus scriptorum postulat, optimum quodque eligendum est. Reliquos codices, omnes ad unum, nullam habere auctoritatem, sed ex superioribus derivatos esse iam demonstrabimus.

De codicibus g f c.

Codex Laurentianus plutei VI, 9 (=*g*), chartaceus, constat foliis 239, 30 lineis in singulis paginis; plane, sed non sine compendiis scriptus est. Indices librorum et capitum, nonnullis locis etiam litterae initiales rubris litteris exaratae sunt. Variae textus partes litteris α̅, β̅, γ̅ etc. additis distinguuntur. Praeterea singula verba, ut nomina propria, ἀπορία, ση (= σημεῖον), nonnumquam plura, ut 16, 26 περὶ πίστεως, 18, 19 ἀπόκρισις πρὸς τοὺς κατηγόρους ἡμῶν, in margine posita sunt. Post finem textus rubro subscriptum est: ἐτελειώθη ἐν μηνὶ σεπτευρίω (sic!) ἰνδικτιῶνι ιβ$^{\eta}$ ἔτει ς̅ω̅ν̅β̅ (anno mundi 6852, Christi 1344). Deinde versus senarii sequuntur, quos Bandinus in catalogo, in cod. pl. VI, 6 describendo, affert et in latinum transtulit. Postremum sequitur, ab altera manu ut mihi quidem videtur scriptum, χειρῶν ἐμῶν πόνημος καθειργνυμένα (?).

Codicem *g* e codice *o* descriptum esse*) e nonnullis exemplis e magno numero sumptis intellegemus: 8, 24; 9, 23; 11,16; 12, 16. — 12, 23 est pro πω in *o* πω (τε superscr.) unde ποτε in *g* natum est. — 13, 17. — 13, 22 est in *o* καταλύσαντος, παρα superscripto; in *g* contra παρα-

*) Id Usener se suspicari mihi scripsit (cfr. praef.).

λύσαντος, κατα superscripto. — (13, 31); 15, 14; 15, 25. Ex omni fere pagina exempla eiusdem generis colligere possumus. Sufficiet igitur haec pauca addere, quibus res maxime perspicua fiat. 44, 24 cum ὀνομάζειν οὐρανόν in ο et obscure scriptum sit et ita ut ειν abbreviatione significatum, οὐρανόν autem, ut vulgo fit, οὐνον scriptum sit, librarius *g*, ut ego quoque primo aspectu, falso ὀνομαζόμενον legit scripsitque. Similiter fere factum est 44, 28, ubi auctor codicis *g* litteram η (vocis συμβολῇ), obscure scriptam, compendium casus αῖς putabat. Contuli I; VI, 7; XI—6,11.

Codex Laurentianus plut. VI, 6 (*f*). In hoc codice describendo optimum ducem, Bandinum (Catal., Florentinae 1764, Tom. I pag. 102), sequemur; pauca quaedam addemus. Codex est membranaceus in folio, saeculi XV, nitidissimus atque optime servatus. Constat foliis scriptis 357; singulae pagine sunt 34 linearum. Prima pagina auro variisque coloribus elegantissime depicta cum mediceo stemmate exhibet libri I tabulam rubris exaratam litteris. — Animadvertendum est post illa verba capitis primi: ὁμοῦ καὶ βαρβάρους, ἄνδρας (ed. Dind. 2, 30), quae in codice ultima sunt primae paginae, in sequenti nonnulla alia continuari, quae quo pertineant nondum comperimus. — Deinde totum primum caput et argumenta ceterorum a Bandino afferuntur. Post ultima verba folii 9 b iterum Eusebii textus apparet: nam paginae decimae initium fit a verbis (24, 19) καθ' ἅπασαν τὴν οἰκουμένην. Pagina 20 sequuntur rubris characteribus descripta libri secundi (quemadmodum etiam reliquorum omnium qui sequuntur librorum) capita. — In fine ultimae paginae eiusdem scriptoris manu haec adposita sunt rubris litteris: ἐτελειώθη ἐν μηνὶ ἰουνίῳ ἔτει ϛ̄, absolutus est mense iunio a. m. 6000 (hoc est Christi 492), quae subscriptio tachygraphi incuria, qui millennario numero centenarium addere oblitus est, mutila est iudicanda. Nostri enim

codicis scriptura saeculum sapit XV. Ultimo tandem loco sequuntur versus senarii anonymi. Contuli I—9,20.

Codex Parisinus 466 (c), membranaceus, foliorum 361, 30 versibus in singulis paginis, plane et paucis compendiis scriptus est. Argumenta librorum et capitum, nonnumquam litterae initiales et annotationes marginales, quae non sunt nisi, ut in codice *g*, argumenta brevissima, nomina propria (in *c* aliquanto plura), litterae *α*, *β*, *γ* etc., partes textus distinguentes, rubro scriptae sunt. In catalogo codex quarti decimi saeculi esse dicitur; Gaisford eum quarti decimi exeuntis esse dicit. Equidem eum aut huic aetati aut initio quinti decimi saeculi, ut Marcianum 341, cuius scriptura admodum similis est, adscribere velim. Contuli I; VI, 7; XI—6,11.

Quod viri docti apparatu critico Gaisfordii nisi, codicem *c* codice *g* meliorem, neque *f* ex *g* descriptum esse, sed ambos e communi fonte derivatos putaverunt, ut ea opinio tota tollatur, de his codicibus aliquanto copiosius erit agendum *). Haec igitur menda omnibus communia sunt. Sed eos qui legent admonere velim, codicem *o* ab initio usque ad 6, 8 mutilum esse, in *f* vero folia ab 2, 30 ad 24, 19 deesse. Itaque exemplis ab initio usque ad 6, 8 petitis id quod nobis propositum est demonstrare non possumus. Eius tamen rei mentionem faciam, quod 4, 9 vox *πίστεως*, obscurissime scripta in *g*, in *c* deest, ubi eo tamen loco vacuum spatium invenitur. — Deinde hos locos spectemus: 7, 1; 8, 22. — 8, 31 est in *g* et *c* *ἀποτελέσασα*, *ἐπιτελ* superscripto. 9, 6 post *μετεωρ.* in *g c* *καὶ* additum est. 11, 28 in *g* *ἔθν· ἐπ' ἔθν·*, minoribus, quam vulgo, punctis casus *ος* significatus est. Quare auctor codicis *c* *ἔθν ἐπ' ἔθν* sine casu scripsit. Similiter 12, 3 et 27, 14. — 12, 23; 12, 30; 13, 14; 13, 18. — 13, 22 est in *g* *παρα-*

*) Sed *c* ex *g* descriptum esse vidit Usener (Schwartz).

λύσαντος, sed *κατα* super lineam scriptum est super *ραλί*, quare auctor codicis *c* lectionem codicis *g παρακαταλύσαντος* esse putans ita scripsit. — 15, 31; 16, 1; 16, 32; 17, 13; 17, 31; 18, 5. — 18, 20 est in *g νεολέκτου* sed ita, ut *ν* ex *ϑ* mutatum sit; in *c* est *ϑεολέκτου*. — 18, 24; 18, 27; 19, 12; 19, 30; 20, 30; 21, 23. — 22, 3 pro *ἀκοῆς* est in *g ἀκοῶν*, in *c ἀποῶν* (puncta super *π*). 25, 26 hic *f* denuo incipit; 27, 4; 27, 18 (*g c*); 27, 25; 28, 19. — 29, 2 *υπερ* obscure in *περὶ* mutavit librarius *g*, sed in *f c ὑπὲρ* scriptum est. 29, 7 pro *ἐπιβρίσαντος* est in *g c ἐπιβρήσαντος*, in *f ἐπιβήσαντος*, — 29, 13 et 14; 30, 8. — 31,7 *c f* casu quodam in falsa lectione *μεριμνόντων* pro *μεριμνώντων* consentiunt. 31, 21; 33, 21; 38, 29; 36, 16; 36, 22; 36, 24; 36, 30. — 37, 14 *ἀποδειχϑῆναι g f*, *ἀναδειχϑῆναι* (*ἀπο* superscriptum) *c* pro *ἀποδεχϑῆναι*.

Sed ne quis — quod superioribus rebus examinatis vix fiet — *c* aut *f* e contrario fontem esse codicis *g*, aut alterum fontem esse alterius autumet, menda his locis graviora, quae in nullo alio codice inveniuntur, animum attendat. Menda codicis *c*: 1, 4; 1, 23; 2, 5; 2, 7; 3, 28; 3,30; 4, 3; 4, 22; 4, 32; 5, 1; 7, 18; 8, 11; 11, 4; 18, 23; 20, 21; 20, 26; 23, 22. Sed haec hactenus.

9, 31 est *αὐτοὺς* falso scriptum in *o g* pro vero *αὐτοῖς*, quod, si in *c* invenitur, coniectura facili ortum est. Cfr praeterea 20, 27; 29, 10; 37, 16, ubi sunt emendationes vix dignae quae commemorentur.

Menda codicis *f* propria his locis invenias: 1, 8; 1, 21; 2, 19; 2, 26; 24, 27 (verba omissa); 28, 3 (verba omissa); 28, 10; 29, 2; 29, 18; 34, 26; 36, 17.

His perpensis rationem codicum *g f c* eam esse quam supra diximus omnes concedent.

De codicibus n u v n5 t d ox.

Codex Neapolitanus II A 16 Bibl. „Musei nationalis" (*n*) chartaceus, in quarto (catalogus: „in folio") constat foliis 399. Scriptura nonnihil est dura, sed planissima; non raro singulae litterae, nonnumquam totae syllabae super suum quaeque vocabulum scriptae sunt. Compendia omnium generum, quae in libris manu scriptis vulgo usurpantur, quamvis raro, inveniuntur. Litterae initiales multis locis in margines eductae et rubro depictae, indices capitum rubro scripti sunt. Scriptura ad eam proxime accedit, quam codicis Bononiensis posteriore in parte invenimus. Quod in catalogo hic codex quinto decimo saeculo scriptus dicitur, falsum puto; immo exeunte tertio decimo aut ineunte quarto decimo saeculo confectum duco. Omnes textus mutationes, sive atro sive rubro factas, primae manus iudico; indices futtiles nonnulli in foliis 4—6 alterius sunt manus, quorum aliquot afferemus. 8, 10 *ἀπόδειξις εὐαγγελικῆς ἀληθείας ἐκ τῶν ἐργῶν ἃ* (sic!) *θεία καὶ οὐνίω δυνάμει πραχθέντων.* — 8, 28 *ἔτι ἐκ τῶν προρηθέντων πραγμάτων δυνάμει θεία καὶ ἀνθρωπεία φύσει πρὸ τοῦ γενέσθαι τεθεαμένη.* — — 9, 27 *ἔτι διὰ τὰ ἐπηκολουθήσαντα δεινὰ τῷ τῶν ἰουδαίων ἔθνει καὶ τὴν πολιορκίαν τῆς μροπόλεως καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασπορὰν καὶ δουλείαν.* Huius generis ut plura describam nemo certe rogabit. Contuli I—9,2; VI, 7; XI—6,11.

Codicem *n* eadem ex stirpe esse atque codices *o i b* ex tot locis apparet, ut supervacaneum sit exempla afferre, quae si quis volet inter varias lectiones facile inveniet. Sed ut *n* propius ad *o* quam ad alios codices accedere demonstrem, *) numerum lectionum, maxime falsarum, utrique communium afferam. 3, 15; 4, 8; 8, 15; 9, 21; 9, 23; 9, 28; 11, 2. — 12, 16 est καθαίρεσιν in *o n*, sed σ superscripto libr. *n* veram lectionen restituit. 12, 30 pro χριστοῦ est in *n* sicut in *g* θῦ; neuter enim librarius animadverterat θῦ in χῦ, quamvis obscure, mutatum esse in *o*. — 13, 22 adeo *o* et *n* consentiunt, ut in utroque καταλύσαντος, παρα superscripto, invenias. 13, 31 τῶν λόγων προσέχοντας est in *n* et *g*: mendum τῶν λογῶ codicis *o* in utroque similiter mutatum est. In ceteris codicibus est τῶ λόγω προσανέχοντας. — 15, 22. — 15, 25 librarium *n* ex codice *o* εὐγενῶν, pro εὐτελῶν, primo scripsisse verisimile est, sed postea illa lectione ope rasurae deleta hanc induxit. — 16, 5; 16, 9; 17, 5. — 17, 16 est singularis numerus μαθητὴς — ἀποδέχεται in *n*, sicut in *o*; sed scriptor codicis *n* litteris αι et ον superscriptis se pluralem numerum, qui est in ceteris codicibus, cognovisse aut praetulisse ostendit. — 20, 19; 21, 15; 21, 17; 21, 19; 27, 25. — 29, 32 librarius *n* codicem *o* prope secutus est; in hoc τὰ, κα superscripto, pro τὰ legitur, unde in *n* κατὰ natum est. — 8, 7 γραμματικαῖς est lectio codicis *o*, quam primo scriptam postea mutavit libr. *n*; nam ut ceteri γραμμικαῖς praebet, sed littera ι in trium litt. est rasura. — Huic exemplo plane simile est aliud 8, 24, ubi ἄκρον in *o* falsum est, ἄθυρον, vera lectio, est in *a h*, *i n*, sed in *n* θυρον in rasura.

Hunc numerum aliis haud paucis exemplis, ut articulo addito aut omisso, elisione facta aut neglecta similibusque rebus utrique codici communibus augere possum,

---

*) Huic codici, non aliter atque codicibus *a*, *i*, (*o*), proprium locum Usener tribuere videtur, neque eum apographon ex alio codice nobis noto putare.

sed ex iis, quae allata sunt, hos codices arte cohaerere iam apparet.

In iis exemplis, quae sequuntur, partim verisimile partim certum est scriptorem codicis *n* codice familiae *i* usum esse, qui codex tamen non fuit *i* — aetate codicum id negatur — sed potius, ut e posterioribus libris apparet, codex *b*. Initio libri primi *b* mutilus est, quare *i* ibi est adhibendus. 5, 12 τοὺς bis scriptum est et in *n* et in *i*, sed cum *o* h. l. mutilus sit, ignoramus num ibi quoque bis fuerit vox τοὺς, (quarum scriptor codicis *g* alteram omiserit). 5, 27 idem fere dici potest de lectione ἑαυτὴν, codicibus *i* et *n* communi, pro ἑαυτοῖς (quod est in *g*). — 9, 30 μακρὸν pro μακρὰν est in *i* et *n*, sed potius sua culpa quam alio codice usum auctorem codicis *n* ita scripsisse putaverim. 11, 16 ἐκ τούτων omissum est in *o*, non item in *n*. — 11, 27 est ἄροτρον in *o* et *n*, sed in hoc codice α super ου scriptum est. — 12, 4 falsa lectio πάση (pro παλαία) in *n* ex codice familiae *i* videtur irrepsisse. — 13, 26 librarius *n* codicem *o* in lectione κατοιχομένας non secutus, ut ceteri codices, κατοιχομένων praebet. — 15, 13 γένος, omissum in *o*, scriptor *n* aliunde petitum superscripsit. Idem dicendum est de voce εἰπεῖν 15, 17, nisi quod etiam in *a h* omissa est. — 16, 29 est in *o* et *n* ἀγελαίων, sed libr. *n* superscripsit ἁλιέων, quam lectionem nisi e codice familiae *i* petere non potuit. — 17, 21 est pro ἕτερος: ἄτερος in *i* et *n*. — 26, 8 τρίτον est omissum in *o*, non item in *n*. — 29, 10 φησιν legitur in *n*, omissum est in *o*. — 29, 24 ἀέρα in *o*, αἰθέρα in *n* ceterisque. — 30, 17 est ὅθεν in *o*, in ceteris est ἔνθεν, quod librarius *n* quoque recepit.

Iam sequitur numerus exemplorum, quae neque ex *o* neque ex familia *i b* explicari possunt, quorum maxima pars in rasura aut omnino postea scripta est. Hae lectiones aut ex familia *a h* aut e tali codice, qualis est fons unde manavit codex *i* (Ψ), petitae sunt. 3, 3 in aliis codicum familiis alius est ordo vocum; sed in eo codex *n* cum codice *h* facit, quod vocem πάντας,

quae in familia *i o* (*o* ipse hoc loco mutilus) deest, quamvis alio ordine, habet. — 7, 18 pro *χεῖρας* est *χαρᾶς* in familia *o i*; hoc videtur in *n* quoque primo scriptum fuisse; namque *εῖ* vocis *χεῖρας*, quod *n* cum *a h* commune habet, in unius litterae est rasura. — 7, 23 res se non aliter habet. Namque *γοις* vocis *λόγοις*, quae est lectio codicum *a h*, cum alii *λόγων* habeant, in rasura legitur in *n*. — Quod 12, 8 *αὐτῶν τῶν θεῶν αὐτῶν*, voce *αὐτῶν* repetita, in *a h* et *n* legitur, non facile aliter explices nisi ita ut scriptor codicis *n* codice familiae *a* usus sit. Sed difficilior fit res, quod eadem lectio in *g* quoque invenitur. Itaque nihil concludere velim, priusqum codicem *o* denuo inspexerim, ubi fortasse *αὐτῶν* bis scriptum est, quamvis id me fugisse vix putaverim. — 13, 17 est *ἐπέσφαζον* in *a h* et *n*; in *o* est *ὑπέσφαζον*, in *i* *ἐπέσφαττον*. — 20, 32 pro *φυσικωτέραν* codex *n*, sicut *o i*, *μυθικωτέραν* habet, sed *μ* et *θ* superscriptis lectio, quae est in *a*, nata est. — 22, 25 *λοιπὸν*, quod in *o i b* deest, superscripsit libr. *n*. — 23, 2 super *ἀναζυμουμένης* in *n* *εο* scriptum est, qua re nascitur lectio *ἀναζεομένης*, quae in *a h* solis exstat. — 27, 31 est *ἐνεάτης* in *o* pro *ἐλεάτης*, quod in *n* legitur. Utrum libr. *n* hanc lectionem coniectura invenerit an ex *a* sumptam receperit (in *b i* hoc loco lacuna est) non certo diiudicari potest, sed hoc multo est verisimilius, cum *n* in proxima linea *οὐδὲν ἐξέθετο* cum *a* pro *οὐθὲν ἔθετο* cum *o* scripserit. — 29, 15 *πλεῖον* non exstat nisi in *a h* et *n*. — 31, 2 librarius *n* cum *o* *τοὺς μέγιστον ἀφρονοῦντας* scripserat, sed postea cum aut suo ingenio nisus aut ope codicis familiae *a* *ἀφρονοῦντας* falsum esse videret, *ἀ* erasit, ut exsisteret *φρονοῦντας* (ut est in *a h*).

Quamqum scriptorem codicis *n* codice familiae *a* usum esse saepius dixi, verisimilius videtur libr. *n* codicem Ψ adhibuisse, quod in posterioribus libris omnes a codicibus *o* et *b* discrepantiae codice *i* aut potius eius fonte adhibito explicari possunt.

Quae in *n* falsa aut omissa sunt, cum codices qui ex eo derivati sunt tractabuntur, afferemus. Hic animum

adverte, quaeso, ad rem singularem. 11, 5 προβεβλ. 11—7 δυνάμεως, quod in omnibus aliis codicibus omissum est, prima manu codicis *n* in marg. additum est. Unde qua libertate egerit scriptor libri *n* apparet, nisi eum in codice emendando ex alio codice (Ψ) hoc additamentum non ineptum putamus sumpsisse.

Qualem in superioribus vidimus indolem codicis *n* esse, talem etiam iis quos ex libb. II—V contuli locis esse animadverti. Namque in plerisque rebus cum codice *o* consentit, in nonnullis alios codices adhibuit; huius rei haec praecipua sunt exempla. 152, 24 τὸν αὐτὸν — 27 εἶναι, quod omissum est in *o*, legitur in *n*, fortasse ex *b* sumptum. — 154, 16 est in *n* vera lectio θεία pro δίκαια codicis *o*. Cum in *b* hoc loco lacuna sit, librarium *n* codicem Ψ secutum esse puto. — 208, 12 falsum est in *o* περὶ, *n* ut ceteri παρὰ praebet. — 208, 16 et in *o* et in *b* παρατεθέντα est, sed in *n* (ex codice Ψ) προπαρατεθέντα. — 209, 17 ἀεὶ — ἐνήργουν omissum est in *o b*, non item in *n* aut ceteris. — 209, 23, ubi lacuna est in *b*, οὐ ἄλλοτε ἤ omissum est in *o*, non item in *n*.

In libri sexti capite septimo scriptor codicis *n* codices *b* et *o* ita secutus est, ut quae in altero falsa essent ope alterius corrigeret. Multa cum ambobus communia habet errata, nonnulla aut coniectura aut Ψ codice adhibito mutavit. Quamquam non exiguae sunt lacunae in *b*, tamen in iis quae supersunt satis multa exempla inveniuntur, e quibus quae sit codicum cognatio apparet. 291, 32 est τόγε in *i b n*, τότε in *o*. — 292, 7 ἀποδεῖξαι est in *i b n*, in *o* ἐπιδεῖξαι. 292, 26 *b*, *n* soli veram lectionem λέγοις (pro λέγεις) praebent. 295, 24 pro τοῦτο est in *b n* τούτῳ, quod est falsum. 296, 30 est parva lacuna ἤ — συνηκολ. in *o*, quae non est in *n*. 296, 30 εἰ om. *b n*.

His locis librarius *n* codice *o* usus est: 293, 15; 294, 9; 294, 20; 295, 1. — 295, 16 est idem vocabulorum ordo in *o* et *n*. Praeterea in toto nexu 293, 5 — 295, 18, ubi est lacuna in codice *b*, libr. *n* in elisione vocalium et aliis

minimis rebus cum *o* accurate consentit. — 296, 9 — 297, 12 est vera lectio συμπληροῦσι, sed in *o* est συντηροῦσα, συμπλη superscripto, quam lectionem libr. *n* ita accurate est secutus, ut συντηροῦσα, πλ superscripto praebeat. — 296, 16 ἤδὲ — 17 συντετ., deest in *b*, non item in *o n*. — 298, 20—299, 3, ubi est lacuna in *b*, libr. *n* in omnibus fere rebus cum *o* consentit.

Postremum est numerus locorum, ubi libr. *n* codice familiae *i* usum esse verisimile videtur. 292, 13 est lectio ἧσε et in *b* et in *o*, in *n* est lectio ἧσο, quam libr. *n* aut coniectura repperit aut e codice *i* petivit. — 294, 4, ubi est lacuna in *b*, et codex *o* lectionem δείξεις habet, δίζεις in *n* invenitur, quod similius est lectioni δίζηαι codicis *i*, sed potius coniectura quam codice *i* adhibito natum videtur. — Sed 294, 5 et 6 lectio codicis *i* ἀμφιαρηιάδη (pro ἀμφὶ ἀρκαδίη in *o*; in *b* est lacuna) scriptori codicis *n* nota fuisse videtur, quippe qui priore loco ἀμφὶ ἀρηαδίης scripserit, altero loco cum *i* plane consentiat. 294, 30, est ἐκτὸς falsum in *o*, in *i* est ἐκ τῆς, quam eandem lectionem libr. *n* aut coniectura inventam aut ex *i* mutuatam praebet (in *b* lacuna). Si in prioribus exemplis fieri potuit ut librarius *n* veras lectiones, quas cum *i* communes habet, coniectura inveniret, id nullo modo fieri potuit, cum 297, 18 vocabulum πολλάκις, quod in *o b* deest, supra lineam scripsit, sed *i* (Ψ) codicem certe adhibuit libr. *n*.

Haud parvus vocabulorum numerus in *n* solo deest. 292, 22; 292, 24; 293, 15; 293, 26; 294, 6; 295, 14; 296, 26; 298, 5; 299, 4.

Ex iis, quae in libro undecimo contuli et annotavi, librarium *n* codicem *b* ibi fontem habuisse facile apparet. Namque easdem abbreviationes mutationesque textus haud paucas, eosdem errores nonnullos, eadem vocabula omissa in utroque inveniemus. Constat scriptorem codicis *b* textum non paucis locis in breviorem formam redegisse, quem in hac re ubique secutus est libr. *n*. — 2, 25 pro ἀκοῦσαι ἄξιον legitur in *b n* ἀκουστέον. 4, 4 pro

ἐν ἑβδόμῳ — usque ad 6 πρὸς ῥῆμα legitur in *b* ἐν ἑβδόμω τῶν περὶ φιλοσοφίας ὧδε λέγων, idemque in *n*, sed vocabulo συγγράμματι ex codice *o* addito. 5, 25 pro τοιαύτης — 31 τρόπον et in *b* et in *n* est sententia multo brevior, quam inter varias lectiones legere possis. Vide praeterea 7, 3; 8,18; 9, 25. — 10, 31 pro φάσκων αὐτοῖς ῥήμασιν librarius *n* (in *b* hoc deest) φησὶ οὕτως scripsit, ita suo marte parum feliciter breviorem formam affectans.


Errores mutationesque codicibus *b* et *n* communes his locis inveniuntur: 3, 18; 4, 18; 7, 7. — 7, 7 pro ἀποτρεπτικοὺς — 8 καταβάλλεσθαι, in *b* vocabula aliunde, (ex loco paullo superiore) petita leguntur, quae eadem in codice *n* inveniuntur, cuius scriptor plures tamen voces, sine dubio codice *o* adhibito, conservavit. — 7, 21; 11, 15; 11, 22; 11, 23.


In libro XI, 1—6, 11 non minus quam duodeviginti lacunae in codice *b* nobis occurrunt, quas fere omnes librarius *n* codice *o* inspecto supplevit, ut in *n* non restent nisi hae duae cum *b* communes: 7, 6—7; 9, 12—13. Vocabula et in *b* et in *n* omissa sunt his locis: 1, 20; 5, 1; 5, 21; 8, 22; 8, 24. Ex his rebus *n* ad codicem *b* in multis rebus prope accedere apparet. Neque tamen, ut iam diximus, eius lacunas nisi duas retinuit, et errores eius plurimos correxit, qua in re quominus eum *o* adhibuisse putemus nihil est quod impediat. Quod et per se verisimile est, cum in prioribus libris *o* fontem fuisse codicis *n* constet, et his quamvis paucis exemplis comprobatur. 4, 4, ubi libr. *n* vocabulum ex *o* supplevit, in utroque codice pro ἑβδόμω est littera ζ. — 3, 23 in *b* lacuna est, *o* et *n* αὐτῶν pro αὑτῶν praebent. 5, 18 pro φιλοσοφοίη est in *b* φιλοσοφῶν, quod est falsum, veriorem libr. *n* ex codice *o* lectionem φιλοσοφώη petivit.

Unus est locus, ubi libr. *n* codicem *i* adhibuisse videtur, nisi putamus casu accidisse, ut *n* cum *i* 10, 8 ἄλλοθεν pro ἄλλοθι scriberet.

Ex omnibus, quae iam attulimus, concludere possumus scriptorem codicis *n* primo codicem *o* fontem ha-

buisse, ad supplendum corrigendumque codicem *b* saepe adhibuisse neque codicis familiae *i* ope caruisse, procedentemque ad *b* magis magisque inclinasse, ut libro XI eo iam non adiumento sed fonte uteretur. Sed obiciat aliquis, cognationem, quam codici *n* attribuerimus, etsi verisimilis sit, certam tamen non esse. Putari enim posse, et *n* et *o* ex eodem fonte derivatos esse, aut *n* ex fonte superiore esse, quod his lineis ante oculos ponatur.





Sed quomodo factum est, ut *n* et *b* partim in veris, partim in falsis lectionibus maximeque in lacunis contra *o* consentirent? Codicem *n* non ex *o*, sed utrumque e communi codice (Φ) descriptum esse non certo negaverim, etsi obstare videntur exempla 12, 30; 13, 31; 29, 32.

Sed virtutes propriae aut ex fonte nobis non conservato petitae in *n* nullae exstant. Itaque cum et valde interpolatus et ceteroquin codice *o* deterior sit, neque ipse neque codices, qui ex eo nati sunt, in textu constituendo ullas agent partes.

E codice *n* descripti sunt codices *u* et *v* *).

Codex Urbinas 6 (*u*) est chartaceus, 334 foliorum, initio sexti decimi saeculi scriptus. Singulae paginae sunt 32 versuum. In ultima pagina est subscriptio: *κρῆς ἱερεὺς προσεθήκαιτο* (sic) *χερσὶν ἰδίῃς δέλτον εὐσεβίου βι-*

---

*) Ita etiam Schwartz.

βλίοις ἑτέροις παμφίλον τήνδε. ὃς σοφίης ἰδέαν πᾶσαν μαλ' ἀκριβῶς εἰδὼς τὴν θύραθεν ληροῦσαν ἀπέκρινεν ἐξ ἁμετέρας.

Codex magna cura scriptus est ab homine, qui aliqua ex parte scripturam prioris aetatis (undecimi saeculi) in nonnullis litteris, ut in *β* et *ν*, imitatus est. Indices capitum rubro sunt scripti. Litterae initiales sunt pulcherrimae; compendia rarissima. Contuli quantum sedecim primae paginae editionis Dindorfianae complectuntur.

Codex Vaticanus 1303 (*v*) est chartaceus, praeter quod initio nonnulla folia membranacea inserta sunt, 380 foliorum, 34 versibus in singulis paginis; manu nonnihil gravi, plane et sine compendiis, nisi ubi lineae desinunt, litteris initialibus pulchris, indicibus capitum rubro exaratis, posteriore parte quinti decimi saeculi scriptus est. Folio 379 v haec est subscriptio: *μηχαῆλος ἀποστόλης βυζάντιος μετὰ τὴν τῆς ἑαυτοῦ πρίδος ἅλωσιν ἐσχάτῃ πενίᾳ συζῶν τήνδε τὴν βίβλον ἔγραψε μισθῷ, ἐς τὰ πάντα ἀγαθὴν οὖσαν.* In marginibus magnus est numerus annotationum secunda manu latine et graece scriptarum. Quas futtiles esse ex nonnullis exemplis perspiciemus. 1, 13 e v a n g e l i u m. 1, 23 *εὐσέβεια.* 2, 3 *ἀνάνευσις.* 3, 8 C h r i s t i s o s p i t a t o r i s a d v e n t u s a p r o p h e t i s a n n u n c i a t u s. 4, 7 C h i s t i a n i s o l a f i d e n i t u n t u r. 4, 17 *εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως διδασκαλία.* Haec similiaque quod sub textum non scripsi, nemo me reprehendet. Contuli sedecim paginas (ed. Dind.).

Lectiones codicum *n*, *u*, *v* communes, quae in aliis libris manuscriptis non sunt, his inveniuntur locis: 2, 6; 3, 3; 3, 22; 4, 7; 4, 18; 4, 25; 6, 4; 7, 22; 10, 20; (10, 28;) 11, 5; 11, 7; 14, 30.

Neque tamen codices *u* et *v* inter se ita similes sunt, ut alter ex altero descriptus sit. Nam aut errata aut correcta codicis *u* propria his locis inveniuntur: 9, 14; 10, 32 (errata); vera: 10, 18; 11, 27; 16, 5.

In codice v vero non parvus est numerus mendorum, quae v cum codice n^5, qui a v ipso derivatus est, et cum codice t, ex n^5 derivato, *) communia habet. Quae priusquam afferam, breviter de codicibus n^5 et t agam.

Codex Neapolitanus II A 15 (n^5) est chartaceus, foll. 459, 30 lineis in singulis paginis; initio sexti decimi saeculi videtur esse scriptus. Scriptura non est elegans, sed rotunda et perspicua, paucis compendiis. Sed a folio 248 alia manus gracili et expedita scriptura, sed magno compendiorum numero, textum continuavit. De qua re aliquid e catalogo bibliothecae afferam: „Priores libri VIII et pars IX usque ad medium caput 13 sunt scripti alio charactere ac septem posteriores, incipiendo scilicet a IX, qui iteratur, usque ad XV .... Desiderantur pauca in fine capitis 10 lib. VIII sc. a verbis ἣν περὶ τῶν δηλουμένων et integra capita 49, 51, 52 et 55 lib. XV, in quo libro post cap. 16 mire turbata et confusa sunt omnia" (hac in re conferatur cod. Marc. 341 i; namque haec pars codicis n^5 ex e descripta est).

In margine nonnullae sunt annotationes latine scriptae, partim cum v communes, quarum haec sunt exempla. 1, 13 evangelium quid (in v: evangelium). 4, 31 christiani genus hominum quasi novum. 5, 32 iudei in christianos quid (in v: iudei quid in christianos). 6. 24 dei per iesum invocatio.

A pagina 420 usque ad finem libri tertia manus eiusdem aetatis scripsit: *θέωνος σμηρναίου πλατωνικοῦ τῶν κατὰ τὸ μαθηματικὸν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ πλάτωνος ἀνάγνωσιν ὅτι ἀναγκαῖα τὰ μαθήματα.*

Codex Ottobonianus 265 (t), saeculi est sexti decimi, foliorum grandium 402, 30—40 versibus in singulis paginis;

*) Eadem est Schwartzii de his codicibus sententia.

initio etiam maior est versuum numerus, quod ibi angustior est scriptura, postea fit maior; ubique admodum est neglegens. Toto codice, sed maxime quinque primis libris initioque sexti, quatenus exstat Eusebianus textus codicis Ottoboniani *366* *), manus prima alias lectiones, iis quae sunt in textu lectionibus sublineatis, in margine scripsit. Compendia sunt rara. Contuli quantum sedecim paginis editionis Dindorfianae respondet.

Lectiones codicum *v* n^5 *t* propriae his sunt locis: 1, 15; 2, 10; 2, 14; 6, 8 (*v* n^5); 8, 30; 9, 1; 10, 28 rectum contra *n*, similiter 11, 11; 11, 12; 11, 22; 12, 12 (*v* n^5); 16, 6; 16, 28.

Scriptor codicis n^5 admodum accurate codicem *v* secutus est, ut nisi his paucis locis aliter in codice n^5 atque in *v* scripta non invenerim (quae etiam in codice *t* sunt): 5, 27; 6, 28; 10, 12; 13, 12; 16,1. 13, 12 κατέθυον— παρακμ. om. est in n^5, in *t* ex alio codice postea additum. Haec quamvis pauca exempla iam sufficiunt, ut n^5 de codice *v* descriptum, non contra factum esse, intellegamus. De posteriore codicis n^5 parte postea disputabimus.

Praeter errata, cum codice n^5 communia, codex *t* his locis sua propria habet: 2, 28; 4, 2. — 4, 8 παρ' ἧς (pro παρ' ὅ), sed in n^5 παρ' ἧ ita scriptum est, ut non satis accurate intuenti παρ' ἧς simile sit. — 6, 30; 13, 14; 14, 26; 14, 30.

Itaque cum menda superiorum codicum hoc numero aucta sint, codex *t* minimi est pretii inter codices, qui a libro manuscripto *o* originem ducunt. Sed ut iam codex *n* codicibus alius originis adhibitis emendatus est, ita etiam libr. codicis *t* multas aut veras aut falsas lectiones margini adscripsit. Eas omnes e familia codicum *i* t^6 *j* *e* sumptas esse primum quodlibet exemplum spectanti statim apertum est. Itaque ea sola afferenda videntur, e quibus

*) Illas lectiones e cod. *i* sumptas esse Schwartz annotavit.

appareat codicem t^6 fontem fuisse, unde hauriret scriptor codicis *t*: 4, 18; 4, 23; 6, 3. — Sed gravissimum est argumentum, quod 12, 14, ubi librarius t^6 pro *παλαιῶν* falso *πλανῶν* scripsit, libr. *t* etiam huius lectionis in margine mentionem facit. — Unum exemplum obstare videtur. 2, 1 est *ἐφεπομένη* in *i j* pro *ἐπιγραφομένη*; illa lectio etiam in margine codicis *t* invenitur. Sed cum nullum interpolationis vestigium in t^6 invenerim, credo me hoc loco signum codicis t^6 lectioni *ἐφοπεμένη* addere oblitum esse.

Ex codice *n* descriptus est *Codex Parisinus 467* (*d*) *), chartaceus, 386 foliorum; singulae paginae 28 sunt versuum; codex litteris admodum elegantibus, nonnihil in aversum inclinantibus, atramento atro, quindecimo aut ineunte sexto decimo saeculo scriptus est. — Folia 175 (ab ultimis lineis lib. 8) — 201 (ad primam paginam libri decimi) atramento pallidiore altera manus eiusdem atatis minus eleganter scripsit. Non pauca sunt compendia. Litteras initiales et argumentorum librorum et capitum manus, quam priorem diximus, tali atramento, quali foll. 175—201 scripta sunt, aut rubro depinxit. Praeter indices, qui iidem in plerisque aliis libris manu scriptis inveniuntur, alii supervacanei futtilesque in marginibus scripti sunt aut prima manu aut secunda (maxime nomina propria). Sed haec manus a prima manu non ubique certo discerni potest, quod hac in re nullius est momenti. Harum annotationum vim ut perspicias, nonnullas afferam. 2, 31 in marg. *σοφοὶ ἰδίωται* sec. m. 4, 17 *περὶ εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως*. 5, 4 *περὶ ἐπιχειρημάτων ἐλλήνων τε καὶ ἰουδαίων*, quod h. l. plane perversum est. 6, 22 *ἀπολογία*. 7, 5 *περὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως*. 7, 19

*) Usener codicem cognatione cum codice *n* coniunctum esse indicavit.

παῦλος sec. m. 10, 16 *τοῦ ἱερεμίου* sec m.; similiaque multa.

Praeterea tertia manus emendationes et additamenta neglegentissima scriptura fecit, quarta manus posterioribus libris rotunda et ornatissima scriptura. Ultima pagina est subscriptio primae manus: *καὶ ταύτην τὴν θεῖαν βίβλον μιχαῆλος δαμασκηνὸς ὁ χρὴς ἔγραψεν.* Contuli librum primum, caput 6 libri sexti, librum undecimum usque ad — 6, 11.

De hoc codice ut pluribus agam eo moveor quod Stephanus eo usus videtur.

Exempla, e quibus *d* ex *n* descriptum esse intellegas in primo libro, in ea quidem parte ubi codicem *n* contuli, non multa inveniuntur, quippe cum *d* plurima menda cum aliis libris manu scriptis, maxime cum codice *o*, communia habet et quaedam codicis *n* errata interpolatione correxerit. Sed priusquam illa exempla afferam, ne quis codicem *n* ex codice *d*, non contra factum esse dicat, id et propter aetatem codicum et propter multa codicis *d* menda, quae in omni pagina nobis occurrunt, verum non item in *n* inveniuntur, moneo non factum esse. Lectiones, quas *d* cum *n* communes habet, his invenies locis: 3, 3; 3, 22; 10, 20; 11, 5; 24, 24; 24, 31; 27, 24; 30, 9; 30, 22.

Ex capite septimo libri sexti et maxime ex initio libri undecimi multo plura colligi possunt exempla, credo aliqua ex parte eam ob causam quod scriptori codicis *d* textum interpolanti codex *h* hic deerat. 292, 22; 292, 24; 293, 15; 293, 26; 294, 21; 296, 18; 298, 5; 298, 29.

Lib. XI 1, 23; 2, 18; 3, 26; 4, 4; 5, 1; 6, 16; 7, 7. Sed haec hactenus, quamquam alia quoque afferri possunt exempla.

Neque tamen omnia errata, quibus *n* laborat, in codicem *d* recepti sunt. Namque scriptor codicis *d* et librum *h* et librum familiae *i* cognitum habuit, quorum ope non pauca mutavit. Praecipua eius modi exempla hic sequuntur: 2, 13; 3, 16 (*τῆς γῆς* omissum ut in *a h*),

6, 17; 9, 6 (consentit cum *i*); 11, 7. — 11, 24 lectio vulgaris est ἐπειδὴ, ἐπεὶ δὲ non legitur nisi in *d*, *j*, *e*, quod tamen ex coniectura aut forte ortum est. — 12, 9 legitur ἐξεκαίοντο in *a h*, ceteri ἐξεμαίνοντο habent, neque tamen ad ἐξεκαίοντο variam lectionem codicis *d* annotavi. Itaque si *d* in hac re cum *a h* consentit, apparet *d* familiam *a h* adhibuisse. — 12, 30; 13, 18 (consentit cum *i*); 13, 31; 15, 22 (cfr *i*); 16, 5; 21, 11; 21, 25. — 22, 23 vera lectio est συνδραμεῖν, quae non exstat nisi in *a h*, ceteri codices ἀναδραμεῖν habent, sed in *d* est συναναδραμεῖν, quae lectio oriri non potuit, si *d* lectionem codicum *a h* cognitam non habuisset. 29, 24 pro κενὸν legitur in *h* et *d* καινὸν, sed in hoc ε superscripto. Unde concludas libr. *d* potius *h* quam *a* adhibuisse, quod proximo exemplo confirmatur. Nam 35, 1 habet *d* eandem falsam lectionem atque *h*: ἔμελλεν pro ἔμελεν.

Ex capite septimo libri sexti haec afferri possunt exempla: 292, 15 (ut in *i*); 292, 22; 294, 6; 296, 9. Initio undecimi libri (cap. 1—6,11) nullum inveni exemplum, unde libr. primae manus codicis *d* alio codice quam *n* usum esse concludere liceat. Neque enim credo scriptorem codicis *d* 2, 26 lectionem ἐπισκοπητέον pro ἐπισκοπῆσαι e codice *b* sumpsisse, sed cum paulo antea, ut *b n*, pro ἀκοῦσαι ἄξιον: ἀκουστέον haberet, consentaneum erat etiam ἐπισκοπητέον scribere, ut fecit librarius *b*, non item scriptor codicis *n*, qui ex alio codice (*b*), in alium (*o*) transgressus est.

Sin autem tertiae et quartae manus codicis *d* spectamus scripturas, omnes fere aut lacunas codicis *n* suppletas aut menda correcta videmus, quam ad rem aut codex *o* aut, quod est verisimilius, atque etiam in prioribus libris factum est, codex *i* adhibitus est.

Codex Collegii S. Ioannis Bapt. (Ox). De eo dicitur in „catalogo codd. mss. qui in coll. antiqu. oxoniensibus hodie adserv. Oxonii 1852:" „32 cod. chart. in folio

ff. 440 saec. XV haud una manu exaratus". — De eodem codice Gaisford Tom. I pag. IV, e: huius, inquit, codicis plurimas lectiones in usus suos converterunt Grabius in Spicil., Potterus ad Clem. Alex., Routhius in Rell. Sacr., alii: unde colligo eum fere semper cum nostris C F G conspirare, atque adeo ex uno aliquo eorum descriptum. — Sed cum paucissimas ex operibus, quae supra nominat, lectiones Gaisford afferat, ut inde nihil certum de hac re concludas, illas lectiones denuo inspexi maximeque Potteri ed. Protrept. Clementis Alexandrini *) examinavi, quod meas collationes aliorum codicum illis locis praesto habebam, neque tamen ex aliis codicibus quam *a h o i b*. In ceteris codicibus collationibus Gaisfordianis erat fidendum, quarum auctoritas quam incerta sit nemo iam ignorat, neque quae sit fides Potterianae collationis compertum habeo. Verum codicem Oxoniensem e codice *d* descriptum esse videor mihi posse demonstrare.

Primum quidem nullam inveni lectionem codicis *d* propriam, quam *Ox.* non haberet; hic autem sua propria menda plurima habet. Utriusque generis exempla afferam, aliis, quae *Ox.* cum O C F G communia habet, omissis.

Clem. Alex. Protr. c. 2, pag. 10. Eusebii Praep. evangel. ed. Vigeri 61, c., ed. Dindorfii, quam ubique sequemur, 76, 7 excerptum incipit. 77, 4 *καὶ* ante *ἡ* *κασταλίας* additum in (*d*) **) et *Ox.* solis. 77. 11 *καὶ* ante *τερατοσκόπους* deest in *Ox.* solo. 77, 27 pro *ἐγκυκλήσω* est in (*d*) *e*, *Ox.* *ἐγκεκλήσθω*. 77, 30 pro *φόνων* est in *Ox.* *φώνον*. 78, 16 *δὴ* om *Ox.* 78, 30 ordo: *ἔγωγε τούτους ἂν* in *Ox.* solo. 80, 10 pro *ἐστιν* est *καὶ* in *Ox.* 80 22 pro *χοίρους ἐκβάλλουσι* est in *Ox.* *χείρους ἐμβάλλουσιν*.

---

*) Clementis Alexandrini opera quae extant rec. et ill. per J. Potterum. Oxonii 1715 2 voll. folio.

**) Ubi lectio in ed. Gaisf. non scripta est, sed ex silentio sumenda, *d* parenthesi includemus.

81, 15 ὑμῖν est in *d* et *Ox.* pro ὑμῶν. 81, 19 τοῦτον additum ante τὸν νεκρὸν in (*d*) *Ox.* 82, 20 pro δοκοῖεν est in *Ox.* δωκεῖεν. 82, 21 ἐλεῦσιν in *d* et *Ox.* pro ἐλευσῖνα, quod tamen in margine codicis *Ox.* invenitur. 84, 25 pro μόνου est μόνον in *Ox.* — Clem. Alex. c. 3, p. 39. Euseb. (Vigeri ed. 71 b) Dind. 88, 18. — 89, 8 pro λέανδρος est κλέανδρος in *d* et *Ox*; alii aliter. — Clem. Alex. c. 3 p. 39. Euseb. (ed. Vigeri 155 a) Dind. 185, 11. — 185, 12 ἡμῖν *d* et *Ox.* pro ὑμῶν. 187, 18 ἀνέδην in *a* (*d*) *Ox.*, deest in *o c f g*. 185, 26 pro τούτων est τοσοῦτον in *d* et *Ox.* 186, 16 ἀναιτούμενοι est in *Ox.* pro αἰτούμενοι. 186, 21 ὁμοίως in (*d e*) *Ox.* pro ὁμοίοις.

In margine codicis *Ox.* sunt lectiones, quae partim ex aliis codicibus sunt petitae, partim propriae scriptoris *Ox.* ineptiae aut errores sunt. 77, 29 est pro ἄγοντες in margine ἀγόντων, quae falsa lectio praeterea nisi in *c* (ed. Gaisfordii) non invenitur. 78, 18 est ἀνοήτους in textu codicis *Ox* ut in *c f* (Gaisf.), in margine ut in aliis codicibus ἀνοητάτους. 78, 25 παραποιεῖσαι est in textu; in margine, ut in omnibus codicibus, παραπεῖσαι. 78, 26 est in textu vera lectio: ὄργια, in margine falso ut in *o g f c*: ἔργα. 82, 13 est in textu τελίσκονται ut in nonnullis codicibus, in margine τελίσκουσι ut in *o g f c*. 83, 30 est in textu recte σησαμαῖ, ut in omnibus codicibus; in margine falsum σησαμεναὶ, quod in nullo alio est. Quod de lectionibus marginalibus Potterus: „aliquis in margine", dicit, eas alia manu esse scriptas concludo. Num unus ex codicibus *o g f c*, fortasse *c*, in mutando adhibitus sit propter parvam collationum fidem diiudicare non audeo.

Lectiones, quas affert Routh in Reliquiis Sacris, Oxonii 1846, Tom. IV p. 420 ff. in annotat. in S. Dionysii Alexandrini excerpta, quae sunt capita quinque postrema lib. XIV Praep. ev. Eusebii (ed. Vigeri p. 772 seqq., Dind. Vol. II, 321 seqq.) si examinabimus, tribus locis Oxoniensem menda cum *d* solo, item ter cum *c* solo, saepius cum *g f c* aut *g f* communia habere videbimus.

Unde propter exiguam collationum auctoritatem, praesertim cum Routh quid sit primae, quid sit secundae manus non afferat, non concludas condicionem codicis *Ox.* hic aliam esse quam initio voluminis, ubi tamen 79, 7 *Ox.* cum *c* consentit in ἑτέρα pro ἑταίρα, quod propter similem pronuntiationem casu fieri potuit. Utcumque se res habet, videor mihi ostendisse non operae pretium fore codicem Oxoniensem denuo conferre.

De codicibus t^6 j e, n^5 (posteriore parte), l.

E codice *i* descripti sunt codices t^6 et *j* *). Codex *Ottobonianus 366* (t^6) est sexti decimi saeculi, chartaceus; foll. 1—94, 31 lineis in singulis paginis, continetur textus Eusebianus usque ad verba *εἰ δὴ οὖν μοιρῶν ἀτράκτοις καὶ τῶν σεβασμίων θεῶν οἱ ναοὶ τά τε* lib. VI, cap. 3, 2 (Dind. 272, 33). Scriptura est accurata, non sine compendiis. Ubi lacunae sunt in hoc codice, ut in *i* unde derivatus est, altera manus — eius qui codicem Ottobonianum 265 scripsit agnovi manum — *λείπει* vel *λείπει πολλά* margini adscripsit.

Post textum Eusebianum folia nonnulla vacua sequuntur. Deinde alia manus in foliis, quae numeris 95—131 significata sunt, *δεξίππου φιλοσόφου πλατωνικοῦ τῶν εἰς τὰς ἀριστοτέλους κατηγορίας ἀποριῶν τε καὶ λύσεως κεφάλαια* scriptura neglegentiore exaravit.

Contuli sedecim paginas (ed. Dindorfii).

Codex Marcianus 342 (j), membranaceus, est foliorum 242; textus in fine mutilus est aeque atque in codice *i*. Scriptura, 37 versibus in singulis paginis, compendiis vul-

*) Ita Schwartz quoque.

garibus et ι subscripto, densa est et indecora. Ultima pagina is, qui textum scripsit, dicit (graece) se Cosmam monachum mandato Bessarionis domini Romae, in ipsa augusta urbe, librum descripsisse finemque labori anno 1470 imposuisse. — Ex hoc codice, quem e codice Marciano 341 descriptum esse iam Morellius monuit (vide Eusebii Praep. ev. ed. Gaisford Tom. I, pag. VIII, f.), nihil antea collatum erat, quod quidem typis expressum esset; ego quattuor prima libri primi capita contulisse satis duxi.

Praecipui errores, quos codices t^6 et *j* cum *i* communes habent, ubi inveniantur his numeris indicatur: 1, 10 (*i* t^6); 1,22; 2, 1; 2, 5; 2, 17; 2, 24; 3, 2; 3, 4; 5, 14 (*i* t^6). — 6, 4 pro ἐγγενεῖς est εὐγενεῖς in t^6 *j*; quod in *i* esse non annotavi, ut casu similitudo videatur exstitisse. Non aliter 15, 25 res se habet, ubi pro τῷ, ante infinitivum δοκεῖν, librarii t^6 et *j* usitatius τὸ scripserunt. — 7, 26; 7, 27; 7, 31; 8, 1—12 om.; 8, 19; 9, 1; 9, 6; 9, 21; 9, 28; 10, 5; 10, 6; 10, 25—11, 10 om.; 11, 21; (11, 30); 12, 16 (*i* t^6); 12, 30—13, 6 om.; 13, 20; 13, 22; 15, 21.

Ex iis quae attulimus codicem *j* duobus locis 1, 10 et 12, 16 veram lectionem, in *i* corruptam, (coniectura ut videtur) restituisse apparet. Codex *j* proprios errores admodum multos habet. Auctor codicis t^6 vero, qui et in falsis et in veris codicem *i* aliquanto accuratius secutus est, in capitibus, quae contulimus, sua culpa falsa his paucis locis praebet: 1, 10; 6, 3; 13, 22; 14, 4; 14, 11; 9, 1 δὲ recte omissum.

In *j* his locis falsa leguntur: 2, 17; 2, 19; 4, 1. — 4, 18 librarius *j* in eundem errorem atque magna pars aliorum quoque librariorum (non *i* t^6) incidit, ut βαρυτέρων pro βαθυτέρων scriberet. 4, 19 et *h* et *j* προκατασκευῆς pro παρασκευῆς habent, sed non codice *h* adhibito, sed errore quodam aut ingenii lusu auctor codicis *j* ita scripsit, quippe qui etiam 4, 26 προκατασκευῆς praebeat, ubi *h* et reliqui προπαρασκευῆς habent. — 5, 25; 7, 15; 8, 30; 9, 3; 12, 13.

Codex Parisinus 468 (*e*), bombycinus, sexti decimi saeculi, constat, ut est signatum, paginis 1—154 et foliis 155—453, 30 versibus in singulis paginis. Scriptura est optima, sed compendiorum plena. Margines multis locis tineis sunt corrosi, ut pars argumentorum et annotationum deleta sit. Libro primo et altero nihil in margine scriptum inveni paucasque correctiones. Postea vero prima manus nonnulla nonnumquam mutavit, saepius alterius manus scriptura neglegentiore, quam non nego primae posse putari manus, mutationes factae sunt. Etiam tertiae manus multa sunt vestigia scripturae pulchrae et rotundae, qua argumenta capitum usque a libro tertio saepe scripta sunt. Contuli libros I—V, e libro sexto et undecimo quantum in ceteris codicibus.

Codicem *e*, quamvis valde interpolatum, principium et originem e familia codicum *i* t^6 *j* ducere *) iam e Gaisfordiana collatione elucebat, et e nostris variis lectionibus, quamquam eas solas, quas in primis libri primi et undecimi capitibus invenimus, opus esse typis imprimere putabamus, etiam magis elucebit. Quod in codice nullius pretii etsi sufficeret cognovisse, tamen quaestionem, ab aliis quoque tractatam, ad finem perducendam puto.

Cum nullae codicis *j* lectiones cognitae essent, id solum constaret, codicem *j* e codice *i* descriptum esse, non mirum si nemo codicem *e* e codice *j* descriptum esse dixit. Quod re vera factum esse ex his quamvis paucis exemplis intellegemus.

3, 32 pro *λόγων* videtur in *j* *λόγον* esse, in *e* certe est. 4, 18 *βαρυτέρων* (pro *βαθυτέρων*) non est in *i* t^6, sed est in *j* *e*. 4, 19 *προκατασκευῆς* est in *h*, *j* *e* pro *προπαρασκευῆς*; unde libr. codicis *e* illam lectionem sumpserit, utrum ex *h* an ex *j*, difficile est dictu, sed 4, 26 *j* et *e* soli *προκατασκευῆς* pro *προπαρασκευῆς* praebent. 5, 17 *ποίοις* legitur in *j* et *e* pro *ποίαις*. 8, 13 est exemplum,

*) E codice *i* mihi scripsit Usener.

unde quae sit codicum ratio optime intellegas; uterque enim κηρυχθήσεται, σθαι superscripto, praebet. 8, 27 est exemplum non magni momenti, sed tamen videtur afferendum: in *j e* solis est οὕτω pro οὕτως. 15, 22 uterque (ut multi alii, non *i t*[6]) θρυλλούμενον, duobus λ, habet.

Quod e codice *j* nisi quattuor prima capita non contuli, his exemplis, quibus iam rem comprobatam puto, contenti simus necesse est, neque magni momenti est utrum codicem *e* ex *i* an *j* descriptum esse existimemus; certe ex alterutro descriptus est, itaque sine ulla auctoritate.

Sed alia est quaestio num interpolationes ita comparatae sint, ut aliquid pretii iis sit tribuendum. — Primum quidem unde scriptor codicis *e* lacunas codicum *i j* supplevit? Non diu est quaerendum. Namque multos errores cum codice *d* communes reperiemus *).

In lacuna 8, 1—12 minus id perspicuum est, quod errores cum *o g c* quoque communes sunt, et γραμματικαῖς, quod est in *e* pro γραμμικαῖς, in *d* non invenitur. — 11, 5 iam propius ad veram codicum rationem accedemus; nam *e* idem additum (προβεβλημένον — 7 δυνάμεως) atque *n* et ii qui ab eo sunt codices praebet. Sed 13, 3 iam errores, qui nisi in *d* et *e* non inveniuntur, videbimus: ἦν pro οὖν et ἐπιβάλλειν pro παραβάλλειν (περιβάλλειν); deinde 16, 10; 16, 13; 20, 5; 20, 10; 30, 15; 30, 16. Sed haec hactenus, etsi hunc exemplorum numerum aliis e primo et proximo libro petitis augere possum. — Sed ne tum quidem auctor codicis *e* destitit codicem *d* adhibere, cum iam non erant lacunae in familia *i*. Qua in re animadvertendum videtur a medio libro quarto usque ad octavum librum haud paucis locis supra lectiones e codice *j* petitas alias esse scriptas sed postea erasas. Quod saepissime iis locis factum esse vidimus, ubi in *d* alias lectiones invenimus. Itaque cum scriptor codicis *e*

*) Id Usener quoque animadverterat.

(sec.? man.) eo modo magnum errorum quoque numerum in codicem introduci intellexisset, quae superscripserat potius delenda putavit.

Sed ex iis quae exposuimus omnes codicis *e* lectiones explicari non possunt. Alium quoque codicem scriptor libri *e* adhibuit, codicem *h*. Haec vide, quaeso, exempla: 2, 2; 2, 11; 2, 14; 3, 11; 4, 1; 6, 28. In iis quae sequuntur iam rarissima sunt huius generis exempla: 18, 5 ἀλλοδαπὴν in *h e* (non *a*) pro ἀλλοδαπῆς. — 31, 1 ἐπεὶ in *h e* (non *a*) pro ἔπειτα. Alia exempla libro primo non inveni. Proximis autem libris, ubi iam non *h*, sed *a* solum collatum habeo, paucissimis locis *a* et *e* consentiunt. 54, 26 πρὸ τοῦ τοὺς *a e* pro πρώτους. 56, 16 articulus τὸ ante πλῆθος additus in *a e*. 58, 18 δὲ ὑπὸ τοῦ διός ποτε falso scriptum in *a e* pro δὲ ὑφ' ὅτου δήποτε. 59, 10 pro σάραπιν est in *a e* ἄπιν. 63, 22 est ἐπισκεψώμεθα in *a e*, in ceteris ἐπισκεψόμεθα. His locis, ultimo excepto, *h* quoque easdem lectiones habere e collatione Gaisfordiana video. — Quod 114, 25 τούτων in *e* scriptum est, ut in *a*, pro τούτω, casu factum videtur; item 131, 7, ubi est γενομέναις in *a e* pro γινομέναις. 151, 15 est ἑαυτῶν in *a e*, in ceteris αὐτῶν. 184, 22 φοινικῆς in *a e* pro φοινικίκης. 210, 18 ordo: ἡ νόσος τὴν πόλιν *a e*, ceteri: τὴν πόλιν ἡ νόσος. Haud secus nonnullis aliis locis, casu ut videtur, similitudo nata est, id quod etiam in ceteris codicibus, quorum scriptores apertum est codicem *a* vel *h* non novisse, nonnumquam accidit. — Itaque initio tantum scriptorem codicis *e* codice *h* usum esse consentaneum est putare, quamquam id non certo confirmaverim.

Posteriorem codicis n^5 *partem* e codice familiae *i* descriptum esse *) ita est perspicuum, ut non opus sit demonstrare. Ea solum exempla afferemus, unde appareat n^5

---

*) Ex ipso codice *i* Schwartz censuit.

e codice *e* aut *j* — hunc codicem hic non habeo collatum — derivatum esse, et si ex *e*, priusquam altera manus in hoc codice quidquam mutavisset: II 2, 4; 2, 29, 3, 14. — 4, 10 pro ἐπεκρύψαντο est in *e* ἀπεκρύψαντο; si in n^5 non invenitur — certe id non annotavi — scriptorem codicis n^5 potius *j* usum quam suo marte id mutasse putaverim. 5, 11; 5, 21; 5, 29; 6, 22; 7, 3; 7, 14; 7, 32; 8, 3. — 9, 17 est in *e* ποτὲ μὲν, sed super πο sec. m. το scripsit; τοτὲ μὲν est in n^5, cuius scriptor propter τοτὲ δὲ, quod sequitur, statim quod verum esset intellexisse videtur. — 10, 4; 10, 21. — Pro εἰ τά τε codicis *e* in n^5 rectum εἰς τά τε. — 10, 27. — 11, 4 est ζητοῖ (non ζητοίη) in *i* n^5 (non in *e*). Hic quoque n^5 codicem *j* secutus videtur. —

Itaque ex tanto mendorum numero concludo n^5 ex *e* descriptum esse, sed cum codicem *j* hoc loco non contulerim — quod doleo — negare non velim omnia eadem menda in eo quoque codice, quamquam melior sit quam *e*, inveniri posse, et libr. n^5 codice *j* usum esse, quae sententia duobus vel tribus exemplis commendari videtur.

Codicem Vossianum 197 (= *l*) inspicere non potui. De quo codice Fabricius (ed. Gaisfordii pag. VIII): „monet Colomesius exstare librum praeparationis nonum, ex quo multa restitui possint in editis depravata". Freudenthal vero (Hellenistische Studien Heft 1 und 2 = Alexander Polyhistor, Breslau 1875) p. 199: „codex lacunarum plenus, cum codicibus *e i* propinqua cognatione coniunctus, altera manu ut videtur secundum editionem Stephani correctus". Neque multum ei codici Freudenthal videtur tribuere.

Quod Gaisford praef. p. IV de libro manu scripto *Matritensi* ex Hurtadi Mendozae bibliotheca in Regiam post-

stmodum illato loquitur, id unde sumpserit nescio. Neque enim in Catalogo Iriartii Regiae bibl. Matritensis codd. graec. mss. (Matriti 1769) ullum inveni Eusebii Praep. evang. codicem commemoratum, neque Miller in „Catalogue des ms. grecs de la biblioth. de l'Escurial" (Paris 1848), neque Charles Graux in „Essai sur les origines du fonds grec de l'Escurial" (Paris 1880) eius libri faciunt mentionem.

Quae ratio inter codices Eusebii et codices eorum scriptorum, e quibus nonnulla excerpsit Eusebius, intersit.

Cognationem et auctoritatem codicum *Diodori* Dindorf neque in editione critica (Lipsiae anno 1828) neque in editione anno 1866 Lipsiae edita demonstravit. In hac tamen editione codici Vindobonensi 79 (= D) primas iure detulit. — Inter ceteros A et B ex hoc codice (D) descriptos puto, ex B vero codicem E,*) qui fons sit codicis N. Certe omnes eiusdem familiae sunt. Alterius familiae princeps videtur Vaticanus 130 (= C), quo multo inferiores sunt F G L.; horum fons si *C* putandus est, ope codicis alterius familiae interpolati sunt. Qualis est apparatus criticus apud Dindorfium, vix certius quidquam de codicibus dici potest. Bekkeriana editio in meas non venit manus.

Si lectiones codicum Eusebii cum Diodori codicum lectionibus comparaverimus, illas tum cum codice *D* tum cum codice *C* facere videbimus. Sed nullum inveni exemplum, unde certo concludam apud Eusebium servari lectiones iis, quae sunt et in D et in C, potiores. Itaque et D et C et codex, quo usus est Eusebius, ex eo-

*) Quae A. Jacob scripsit, „Le classement des manuscrits de Diodore de Sicile" (in Mélanges Graux, Paris 1884, pagg. 525—531), non cognovi nisi ex Bursiani Annalibus 1883, I pag. 194.

dem archetypo derivati sunt, et is erit usus codicum Praep. ev., ut quae lectiones in alterutro codicum *D* aut *C* et apud Eusebium inveniantur, eas in archetypo fuisse putandum sit.

Sed non plane neglegendum quo modo Eusebius textum Diodori excerpserit, de qua re recte iudicavit Freudenthal (Alexander Polyhistor pag. 7 ff.), Eusebium partim accurate describere, partim ea quae minus necessaria videantur omittere vel decurtare, qua re constructiones saepius mutari, nova vocabula, quae apud Diodorum non inveniantur, nonnumquam adhiberi, rarissime pauca quaedam ad res illustrandas addi. — Itaque quam quoque loco rationem secutus sit spectandum.

Primum quidem lib. I, cap. 7 (ed. Dindorfii pagg. 21—25) Eusebius capp. 6—8 libri primi Diodori ad verba descripsit, quare comparatio facillima est. Eos locos, ubi textus editionum Dindorfii Eusebii codicum ope mutandus videatur, breviter tractabimus. — Euseb. 23, 7 est ἀὴρ sine articulo, ut in cod. *D* Diodori (cap. 7, 3), quare omittendus est. — Euseb. 25, 5 et in cod. *C* Diodori (cap. 8, § 8) pro εὑρεθῆναι est ἐξευρεθῆναι, quod in textum est recipiendum. — Similiter ad verba descriptae sunt paginae 32—33 (=initium cap. 11 lib. I Diodori). — 32, 22 est καταπλαγέντας τ ε κα ὶ in D et apud Euseb. — 32, 25 ἐτοίμου falsa lectio in *a h*, *i e* et *C L* Diodori; verum ἐτύμου vel servatum vel emendatione ortum est in *b o* et in ceteris Diodori codd. — 32, 28 πάντῃ, quod est in *a h* (παντὶ = πάντῃ in ceteris Eusebii), in Diodori textum recipiendum est, cum πανταχῇ sit in D, πάντῃ in *C*. — Quae primo et secundo libri secundi capite Eusebius e Diodoro affert, breviore argumento, constructionibus et nonnumquam ipsis verbis mutatis, ita a textu Diodori differunt, ut lectiones, quae apud Eusebium inveniuntur, cavendum sit ne temere Diodoro imputes. Ita Eusebius 56, 14 *Ταφόσιριν* pro *Αἰθιοπίαν* (Diod. I cap. 18 § 4); 56, 23 *Φρυγίαν* pro *᾿Ασίαν* (Diod. I cap. 20 § 1); 56, 29 ἱερῶν pro θυσιῶν (Diod. I, 20, 6); 56, 31 περὶ αὐτοῦ ante μυστικῶς additum; 68, 10

ante Ἰόλαον additum est τὸν ἑταῖρον καὶ ἀδελφιδοῦν, quod apud Diodorum deest (IV, 11, 1), similia. Neque tamen Eusebii textus ad textum Diodori constituendum plane inutilis est, sed totus semper verborum contextus spectandus.

Euseb. 58, 6 Ὀρφέα γὰρ εἰς Αἴγυπτον παραβαλόντα καὶ μετασχόντα τῆς τελετῆς καὶ τῶν Διονυσιακῶν μυστηρίων μεταλαβεῖν τοῖς τε Καδμείοις φίλον ὄντα καὶ τετιμημένον ὑπ' αὐτῶν μεταθεῖναι τοῦ θεοῦ τὴν γένεσιν. Unde differt textus Diodori (I, 23, 2), quod ibi est μεταλαβόντα et τιμώμενον, sed legitur in ed. Diodorfiana: „μεταλαβόντα A (D) E (N), caeteri μεταλαβεῖν". Haec igitur lectio codice *C* et textu Eusebii commendatur, sed mutavit fortasse Eusebius lectionem Diodori; quamquam μεταλαβεῖν est lectio, quae defendi possit.

Euseb. 58, 27 ἔπειτα παρελθόντων τῶν μυθογράφων ἐμπλῆσαι τὸ θέατρον; apud Diod. (I, 23, 8) ἔπειτα παραλαβόντων τῶν μυθογράφων καὶ ποιητῶν τὸ γένος ἐμπεπλῆσθαι τὰ θέατρα. Pro ἐμπεπλῆσθαι est in *C* ἐμπλῆσαι. — Euseb. 64, 23 τῇ δὲ Σεμέλῃ τὸν Δία μιγέντα παρακληθῆναι τὰς ἐπιπλοκὰς ὁμοίας αὐτῇ ποιήσασθαι ταῖς πρὸς τὴν Ἥραν. Apud Diodorum (IV, 2, 7) τῇ δὲ Σεμέλῃ . . . Δία μιγέντα . . . . παρακληθῆναι τὰς ἐπιπλοκὰς ὁμοίας ποιεῖσθαι ταῖς πρὸς τὴν Ἥραν συμπεριφοραῖς, τὸν μὲν οὖν Δία . . . . ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν. Sed pro ποιεῖσθαι est in optimis codicibus (ut *D C*) ποιῆσαι; hoc, quod Eusebiana lectione quodam modo defenditur, sine dubio recipiendum est. 66, 8 καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν Βάκχιον ἀπὸ τῶν Βακχῶν. Apud Diod. (IV, 5, 1) Βακχεῖον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν συνεπομένων βακχῶν ὀνομάσαι. Sed in *D* est βάκχιον, ut apud Eusebium.

66, 21 ἔνιοι δὲ λέγουσι τὸ γεννητικὸν μόριον αἴτιον ὑπάρχειν τῆς γενέσεως τῶν ἀνθρώπων καὶ διὰ τοῦτο εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα τυχεῖν τῆς ἀθανάτου τιμῆς. Pro διὰ τοῦτο est apud Diod. (IV, 6, 2) διαμονῆς, pro ὑπάρχειν est ὑπάρχον in *C*; sed in *D* ὑπάρχειν, quod quidem, si διαμονῆς legendum est, ut videtur esse legendum, ferri non

potest. Itaque nescio an scriptor codicis *C* lectionem correxisse putandus sit.

Euseb. 66, 29 ἀλλὰ καὶ [ἐν] ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις οὗτος ὁ θεὸς τυγχάνει τινὸς τιμῆς. σχεδὸν ante ἁπάσαις non est apud Diod. (IV, 6, 4) nisi in A B, quare omittendum est. Ordo τινὸς τιμῆς in *D*, in ceteris τιμῆς τινος.

69, 15 Euseb. ουτος δὲ πρῶτον διαβιβάσας τὴν Δηιάνειραν. Apud Diod. (IV, 36, 4) πρῶτον *C*, πρώτην *D*.

[Eus. 70, 28 (= Diod. IV, 71, 3) κατασκευάσαντας, ut recte scripsit in recentiore editione Dindorf; *D* κατασκευάσαντας, *C* κατασκευάζοντας].

Euseb. 71, 10 (= Diod. III, 57, 1) et *C* τεσσαράκοντα, *D* τετταράκοντα.

Euseb. 72, 30 (= Diod. III, 60, 4) et *C* εὐφυεστάτοις, *D* ἐπιφανεστάτοις.

Euseb. 73, 20 σπουδήν τε ποιεῖσθαι πᾶσαν εἰς κόλασιν μὲν τῶν ἀσεβῶν εὐεργεσίας δὲ τῶν ἀγαθῶν, ἀνθ' ὧν .. Apud Diod. (III, 61, 5) τὴν ἅπασαν σπουδὴν ἔχειν εἰς κόλασιν μὲν τῶν ἀσεβῶν καὶ πονηρῶν εὐεργεσίαν δὲ τῶν ὄχλων· ἀνθ' ὧν . . . Pro ὄχλων nescio an ὁσίων scribendum sit; deinde fortasse et in D et in *C* ἀγαθῶν excidit ante ἀνθ' ὧν, ut legendum sit: εὐεργεσίαν δὲ τῶν ὁσίων καὶ ἀγαθῶν· ἀνθ' ὧν.

Eusebii pagg. 107—109 cum Diodori I, 11 (medio cap.) — 13 (init.) ad verba consentiunt, nisi quod nonnulla verba initio explicandi causa addidit Eusebius. 109, 2 est apud Eusebium et in *D*: τὴν πᾶσαν οἰκουμένην pro πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

Ex antiquitatibus Romanis *Dionysii Halicarnassensis* Eusebius haec fere affert: I, capp. 23—24 (= pagg. 60 —65 init.), 38 (= p. 95—97), II, 18—21 (= p. 272 fin. — 278 init.). Quamquam Eusebius id agere videtur, ut verbum e verbo exprimat, textus Eusebii multis locis ab eo differt, quem apud Dionysium habemus. Editionibus Kiesslingii (Lipsiae 1860—70) et Car. Jacobii (Lipsiae

1885) usus, propter magnam lectionum apud Eusebium differentiam iure mihi videor concludere, aliud esse codicum genus, quo textus Dionysii, qualem nunc habemus, nitatur, alio Eusebium usum esse. Hoc, etsi saepius deterius videtur, nonnumquam solò verae lectiones praebentur. Cum Eusebius in aliis, quos excerpsit auctoribus, verba quae affert numquam industria mutaverit, nisi ut textum in breviorem formam redigeret — quod in Dionysianum textum non cadit — sequitur, eius ut temporibus alia fuerit recensio textus Dionysii, a nostra admodum differens. Utra primaria sit non ubique facile est diiudicare.

Eos potissimum afferam locos, ubi aut textus Eusebii melior est, aut in dubium vocari potest uter praeferendus sit. Eus. 97, 22 *τοὺς . . . μύθους . . . ἐξέβαλε καὶ παρεσκεύασε τοὺς ἀνθρώπους τ ὰ κ ά λ λ ι σ τ α περὶ θεῶν λέγειν τε καὶ φρονεῖν μηδὲν αὐτοῖς π ρ ο σ α ν ά ψ α ς ἀνάξιον ἐπιτήδευμα.* Apud Dion. (II, 18 pag. 273): . . *κ ρ ά τ ι σ τ α . . . π ρ ο σ ά π τ ο ν τ α ς.* Lectio Eusebii mihi melior videtur (cfr. 98, 20 *μεθήρμοσεν . . . ἐκβαλοῦσα*), sed certo id demonstrari non potest. — 98, 1 *δεσμὰ* Eus., *δεσμοὶ* Dion. (II, 19, p. 274). — 98, 3 *κοπετοὺς* Eus., *τυπετοὺς* Dion. (Dionysius pag. 802 *τυπετοῦ γυναικείου*). — 98, 4 *ἃ π α ρ' Ἕλλησι ἐ π ι τ ε λ ο ῦ ν τ α ι.* Dion. II, 19 p. 274 *ὥ σ π ε ρ Ἕλλησιν ἐ π ι τ ε λ ε ῖ τ α ι. ἃ παρ'* et *ἐπιτελεῖται* verum videtur (ita Kiessling). — 98, 8 Eus. omisit *οὐκ ἀγυρμοὺς.* — 98, 14 *καίπερ μυρίων ὅσων εἰς τὴν πόλιν ἐ π ε λ η λ υ θ ό τ ω ν ἐθνῶν*, ita melius quam . . . *ἐ λ η λ υ θ ό τ ω ν* . . . ut Dion. p. 275. — 98, 19 *καὶ εἴ τινα κατὰ χρησμοὺς ἐ π ε ι σ ῆ κ τ α ι ἱερὰ, τοῖς α ὐ τ ό θ ι αὐτὰ νομίμοις μ ε θ ή ρ μ ο σ ε ν.* Dion. pag. 275 *καὶ εἴ τινα κατὰ χρησμοὺς ἐ π ε ι σ η γ ά γ ε τ ο ἱερὰ, τοῖς ἑ α υ τ ῆ ς αὐτὰ τ ι μ ᾷ νόμιμοις.* Utra forma verbi *ἐπεισάγω* praeferenda sit dubium est, sed posterior sententiae pars apud Eusebium melior videtur; nam *τιμᾷ* et *ἑαυτῆς* nescio an ex glossis nata sint. — 98, 21 *τὰ τῆς ἱ ε ρ ᾶ ς θεᾶς*, ubi *ἱερᾶς* falsum pro *Ἰ δ α ί α ς.* — 98, 25 et 29 *μηναγυρτοῦντες.*

Apud Dion. (p. 276) usitatius μητραγυρτοῦντες. — 98, 31 ὀργιάζει, Dion. falsum ὀργιάζειν. — 99, 2 ᾧ μηδέν ἐστι: melius (Dion.) ᾧ μὴ πρόσεστι. — 99, 23 τὸ θεωρητικὸν τῆς φιλοσοφίας μέρος ἀσκοῦσιν ἀφείσθω σκοπεῖν. Pro ἀσκοῦσιν est apud Dion. (II, 21 p. 278) ἀποτετμημένοις. ἀσκοῦσιν fortasse glossa est. — 187, 17 καρπὸς οὐδεὶς ὡραῖος διέμεινεν, ἀλλ' ὠμοὶ κατέρρεον. Post ὡραῖος add. Dion. (I, 23 p. 60) γενέσθαι. Equidem conicio ὡς ὡραῖος γενέσθαι. — 188, 12 ταῦτα δὲ Eus. et Dionysii (p. 62) codices, praeter B (= Urbinas) ubi ταῦτα δή. —Dion. I, 24, 63 τὸν λόγον et δεκάτας ἀνθρώπων B, cum in aliis Dionysii codicibus et apud Eusebium 188, 28 et 29 sit ὁ λόγος ... ἀνθρ. δεκάτας. — 189, 4 et 18 apud Euseb. et in ceteris Dion. (64) codicibus praeter *A*: ἐπαναστάσεις; in *A*: ἀπαναστάσεις, quod melius videtur. — 189, 5 ἀπελαυνομένων apud Eus. (praeter *a*) melius videtur quam ἀπελαυνόμενοι apud Dion., quae tamen in participio anacoluthia non a vero abhorret. — 189, 12 διετέλει γινόμενον. Dion. διετ. γενόμενον falsum. — 189, 20 διεφορήθη apud Eus. melius quam διεφορήθησαν Dion. (65), propter sequens ἦσαν omissum, natum. — 189, 25 προσεσπερίων ἐθνῶν melius, ut videtur, quam ἑσπερίων ἐθνῶν Dion. I, 38, p. 96. — 189, 29 ἀγιζομένων. Apud Dion. falsum ἀζομένων. — 189, 29 ἵνα .. ᾖ melius videtur quam ἵνα .. εἴη apud Dion.; nam 190, 6 Eus. (96 Dion.) est apud utrumque ἵνα . . . ἐξαιρεθῇ. — 189, 30 ἵνα δὲ μηδὲν ᾖ τοῖς ἀνθρώποις δέους ἐνθύμιον, hoc melius videtur quam Dion. p. 96 . . δέος ᾖ ἐνθύμιον, quod est in B (in ceteris δέος ᾖ deest). — 190, 8 τοῦτο δὲ καὶ μέχρις ἐμοῦ διετέλουν Ῥωμαῖοι δρῶντες ἔτι μικρὸν ὕστερον ἐαρινῆς ἰσημερίας. Apud Dion. (I, 38 p. 97) τοῦτο δὲ καὶ μέχρις ἐμοῦ ἔτι διετέλουν Ῥωμαῖοι δρῶντες (A, ὅσον τι B pro δρῶντες) Lectio, quae textu Eusebii et codice A commendatur, vera mihi videtur; ἔτι ponendum ubi est in A. — 190, 12 ἱερεῖα apud Eus., ἱερὰ apud Dion. — Si hoc tam exiguo spatio Eusebianus textus haud pauca vera, codices Dionysii haud pauca falsa praebent, in ceteris quoque locis

codicibus Dionysii non nimis fidendum videtur. Neque enim quae apud Eusebium vera aut meliora sunt inde exstitisse putaverim, quod Eusebius codice a grammatico correcto usus sit. Nam omnes illas lectiones apud Eusebium meliores grammatico corrigenti vix debere videmur.

In textu *Platonis* constituendo cui nobis usui sint codices Eusebii tum demum certo diiudicari poterit, cum decem posteriores Praeparationis evangelicae libri accurate collati cum optima editione Platonis, a Schanzio curata, ubique comparari poterunt. In quinque primis Praeparationis ev. libris loci e Platone petiti admodum pauci sunt, neque in Timaeo et Republica editio Schanzii, nondum absoluta, in comparationem vocari potest.

In locis Platonis afferendis accuratissime egit Eusebius, ut si quibus rebus differt, non e mutandi quadam ratione id factum esse videatur, sed aut ex fonte, quo usus est Eusebius, aut ex erroribus librariorum explicandum sit. Ita 31, 18 est apud Eusebium (Cyrillum, Theodoretum) ὑπερήφανον γάρ μοι ἐδόκει εἶναι εἰδέναι· apud Platonem (Phaed. 96 a) ὑπερήφανος . . . — 32, 5. τότε ὑπ' αὐτῆς τῆς σκέψεως apud Eusebium; apud Platonem (Phaed. 96 c) τότε ὑπὸ ταύτης τῆς σκέψεως. — 31, 23 Eusebius ἤδη; Plato (Phaed. 96 b) δή. Haec casu potius quam consilio mutata videntur (in primo tamen exemplo dubium est). — Alia quae pagg. 31—32 Eusebius e Phaedone 96 affert cum lectionibus codicis Platonis *E* (= Bessarionis libri sive Veneti 184, Bekkeri *Ξ*) et *b* (= recentioris manus codicis Clarkiani) fere consentiunt. — 31, 22 πρῶτον additum in *E*, *d*, Euseb. — 31, 22 τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν *E*, *b*, Euseb. (*a h*). — 31, 24 ξυντρέφεται *b*, Euseb. (συντρεφ. B C D E Platonis). — 32, 1 τὸν οὐρ. τε καὶ *E*, *b*, Euseb. — 32, 6 ὥστε ἀπέμαθον καὶ ταῦτα ἃ πρὸ τοῦ *E*, *b*, Euseb. (ἄποτ' ἔμαθον . . . ἃ

B C D Platonis). Unde concludo in Phaedone nullum fere fructum ex codicibus Eusebianis posse percipi.

Quae Eusebius Vol. II pagg. 9—11 e Cratylo affert, si 10, 12 τὸ ποιῆσαι (Plato 390 d: ποιῆσαι); 10, 18 ὄνομά τεθήσεσθαι (Plato d 90 d: ὀνόματα θήσεσθαι) excipias, tum cum codice *B* (= Clarkiano) tum cum codice *T* (= Veneto append. class. 4, cod. I, Bekkeri t) faciunt, quare textus Eusebii, si medium inter utramque codicum familiam tenet locum, in hoc dialogo non plane neglegendus est. — 9, 28 συνθέμενοι, Euseb. et *T* (Cratyl. 383 a), sed ξυνθέμενοι *B* (cfr. Phaedonem 96). — 9, 28 αὐτῶν Euseb. et *B* (383 a), sed αὑτῶν *T*. — 10, 12 ἔργον ἐστὶν Euseb. *B* (390 d.) sed ἔργον ἐστὶ *T*. — 10, 26 τὸ εἶδος Euseb., *B* (390 e), τό τε εἶδος *T*. — 11, 2 εἰλήφασι Euseb., *T* (409 e), εἰλήφασιν *B*. — 11, 7 ἐοικότως Euseb., *B* (409 e), εἰκότως *T*.

In Timaeo p. 40 d et Republica p. 377 e seqq., editione Bekkeri usus, has inter Eusebii et Platonis codices similitudines inveni. Eus. 94, 24 σαφῶς δέ πως τοὺς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσιν (sed in *a* est pro δέ: γέ, ubi tamen ς vocis σαφῶς et γ in rasura est; pro εἰδόσιν est εἰδότων in *a o*). Plato Tim. 40 d σαφῶς δέ που τούς γε αὑτῶν προγόνους εἰδόσιν (pro δέ est γέ in o ut in *a* Eus.; pro εἰδόσιν est εἰδότων in o ut in *a o* Eus.) — 94, 27 φασκόντων apud Eusebium et in codd. Platonis A o. — 95, 2 ἐκ δὲ Κρόνου τε καὶ Ῥέας apud Eus. et in o Platonis (alii: καί). — 95, 3 πάντας ὅσους *b i o* et Platonis o; Euseb. *a* et ceteri Platonis: πάντες ὅσους. Quamquam Eusebii codices ad codicem o Platonis accedere videntur, tamen propter textus corruptionem non omnia, quae in uno vel altero Eusebii codice cum o faciunt, genuinae Eusebii lectiones putandae sunt.

In Republica codices Eusebii quaedam cum Platonis codice *v* communia habent. 95, 15 ὁ εἰπών, ὁ omissum est in *v* Platonis et in *a* Eusebii, ubi tamen multa falsa: ψευδῶς εἰπὼν οὐκ ἀληθὲς ἐψεύσατο (pro ψεῦδος ὁ εἰπὼν οὐ καλῶς ἐψεύσατο). — 95, 19 οὐδ' ἄν, εἰ ἦν (pro

ἦν est in *v* εἴη; in *a* Eusebii οὐδ' ἂν εἴη). — 95, 21 εἰ δ' ἀνάγκη (δ' etiam *v*, ceteri Platonis: δὲ). 95, 29 οὐδὲ αὐτῷ μοι δοκεῖ (δοκεῖ Eus. et vmς Platonis; ceteri δοκῶ). — 96, 8 μέλλοιμεν Euseb. et *v* Platonis (ceteri: μέλλομεν). — 96, 10 μᾶλλον λεκτέα Euseb. et *v* Platonis (ceteri aut omittunt λεκτέα aut λεκτέα μᾶλλον habent).

In *Scriptis sacris* citandis quo modo Eusebius egerit si accurate exquirere velis, solam Praeparationem evangelicam in comparationem adhibere non sufficit. Sed ad rationem universe adumbrandam iam in primis quinque Praeparationis ev. libris satis magnam exemplorum copiam invenias. Hac in re tractanda usus sum „Vetus Testamentum graece iuxta LXX interpretes, ed. C. de Tischendorf, Lipsiae 1880“ et in Novo Testamento imprimis Scholziana editione, Lipsiae 1830.

Nonnumquam Eusebius liberius, e memoria ut videtur, locos attulit. 3, 10 (ed. Dindorfii) εἰρήνην τοῖς μάκραν καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγύς, sed Esai. 57, 19 est scriptum εἰρήνην ἐπ' εἰρήνῃ (εἰρήνην codex Alexandrinus) τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγὺς οὖσι. — 7, 31 ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, sed 16, 20 Eusebius eundem locum ita affert: ἑτοίμους τε εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι ἡμᾶς τὸν λόγον τῆς καθ' ἡμᾶς ἐλπίδος. 1 Petr. 3, 15 ita legitur: ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι (ἀπαιτοῦντι cod. *A*) ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος. — 9, 12 est apud Euseb. ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω. Matth. 16, 18 ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ (ταύτην τὴν πέτραν cod. *D*) οἰκοδομήσω. — 14, 19 περὶ παντὸς ἀργοῦ ῥήματος δώσετε λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως; quae sententia Matth. 12, 36 ita legitur: πᾶν ῥῆμα ἀργὸν ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. — Paululum inter se differunt 10, 17 et Ierem. 16, 19; 126, 4 et Deuteron. 4, 39; 148,

14 et Rom. 1, 21, 22, 25. Eph. 6, 12 decurtatum et ordo mutatus est: 212, 28 et 212, 14; aliaque.

Plurimis vero locis textum qui dicitur receptus accurate apud Eusebium expressum invenias (initio sententiarum coniunctio nonnumquam mutata est), ut 3, 8 = 2 Cor. 5, 19; 7, 24 = 1 Cor. 2, 6; 11, 25 = Ps. 71, 7; 11, 26 = Esai. 2, 4; 126, 2 = Ierem. 23, 24; (126, 5 = Act. 17, 28); 127, 20 = Ps. 8, 4; (142, 17 = Rom. 1, 22); 191, 25 = Ps. 95, 5; 202, 18 = 2 Cor. 6, 16.

Restat numerus locorum, ubi textus Eusebii non cum recepto textu, sed cum eo consentit, qui in codicibus quos Alexandrinos vocant inest. De qua re Scholz in prolegomenorum pag. CXLIV: „N. T. libros ad verbum laudare solet et plerumque codicibus alexandrinis usus fuisse videtur. Facit enim saepissime cum codicibus B. 124 et L 1. 33. Sed cum haud raro ab iis recedat et alterius classis codices sequatur, patet, eum codices palaestinenses non respuisse". — In Vetere Testamento textum Eusebii ad codicem Alexandrinum (*A*) proxime accedere equidem facile repperi. Utramque rem exemplis docebo. — 191, 26 ἃ θύουσι δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ θύουσιν. 1 Cor. 10, 12 textus receptus ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη δαιμονίοις θύει καὶ οὐ θεῷ, sed in codd. potissimum Alex. A B C D E F G utroque loco: θύουσιν; τὰ ἔθνη omissum in B D E F. — 3, 17 εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσι ὅτι κύριος .... οτι cod. Alex.; textus receptus ὅ (Ps. 95, 10). — 126, 10 ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μοῦ. Esai. 66, 1 textus receptus ὁ οὐρανός μου θρόνος καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μοῦ, sed cod. Alex. ο ουρ. μοι θρον. η δε γη. — 218, 20 ἰδόντες δὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ . . . Textus receptus Gen. 6, 2 ἰδόντες δὲ υἱοὶ τοῦ θεοῦ . . . sed cod. Alex. δε οι αγγελοι. — 201, 12 ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. Esai 42, 7 ante καθημένους vulgo καὶ, quod deest in codice Alex. — 127, 22 σὺ κύριε κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν . . . . Ps. 101, 26 κατ'

ἀρχὰς τὴν γῆν σὺ κύριε: in cod. Alex. σν κνριε την γην, cui lectioni Eusebii textus similior est.

Hoc loco iam vidimus textum Eusebii et codicem Alexandrinum non plane consentire, quod nonnullis aliis locis etiam magis elucebit. 127, 23 ἀναβλέψατε εἰς ὕψος . . . κατέδειξε ταῦτα πάντα: in cod. Alex. εις το υψος . . . κατεδειξε παντα ταυτα. Similiter Vol. II, 11, 14 et Genesis 2, 19. — 191, 16 . . . καὶ ἐμιάνθη ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν, quod Ps. 105, 39 in cod. Alex. omissum est. Tamen verisimile est Eusebium et codicis Alex. scriptorem, si non eodem, at simillimis codicibus usos esse.

Restat ut eos locos, ubi inter se differunt in sacro textu codices Eusebii spectemus. 7, 21 καὶ ὁ λόγος ἡμῶν καὶ τὸ κήρυγμα οὐκ ἐν πειθοῖ (*a h*, ceteri πειθοῖς) ἀνθρωπίνης (om. *a h*) σοφίας λόγοις. 1 Cor. 2, 4 textus receptus καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. Vocabulum ἀνθρωπίνης, ex recentioribus codicibus in textum N. T. receptum, in codd. Alex. B D E F G deest; itaque ab Eusebio abiudicandum. ἐν πειθοῖ cum in nullo alio Alexandrino codice quam 1 inveniatur, e corruptione natum (e duobus σ alterum excidit) putandum est, ut in codicibus „constantinopolitanae indolis“ 18, 48, 72, 106, 108, 153. — 3, 17 . . . ὅτι τοῦ κυρίου ἡ βασίλεια τῆς γῆς, ita codicum familia *X*, sed τῆς γῆς in [*a*] *h* deest neque eiusmodi lectio Ps. 21, 28 seqq. a Tischendorfio annotata est in LXX. — 3, 20 ἐπιφανήσεται ([*a*] *h*, sed ἐπιφανὴς ἔσται in codicum familia *X*) κύριος ἐν αὐτοῖς . . . καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Soph. 2, 11 ἐπιφανήσεται κύριος ἐπ' αὐτοὺς . . . καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Sed. in cod. Alex. επιφανης εσται . . . τοπου αυτων. Lectio codicis Alex. nescio an hic quoque Eusebio tribuenda sit; nam quod in codice *h* ἐπιφανήσεται est pro ἐπιφανὴς ἔσται, illa lectio facilior est et *h* correctorem prodit.

Cum malae sint condicionis codices librorum De abstinentia *Porphyrii*, Eusebii textus haud paucis locis magni est momenti, quod editionem Porphyrii a Nauckio (Lipsiae 1886) curatam inspicienti statim elucebit.

Quae sit differentia et praestantia textus Eusebii nonnullis exemplis demonstrabimus. 34, 11 οὐρανίοις θέοις θύειν, Porph. II, 5, 11 οὐρ. θείοις θύειν. — 34, 25 τὸ πῦρ ἀθάνατον ἐφύλαττον (Porph. II, 5, 2 φυλάττομεν) ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὡς ὂν (ὡς om. Porph.) . . ὁμοιότατον. — 35, 2 ὡς κατὰ τῶν ἐκλειπόντων τό ἀρχαῖον, ἐπεισαγόντων (ἐπεισαγαγόντων Porph. II, 56 b) δὲ ἕτερον ἀρασαμένους (ἀρασομένους Porph.) . . . προσαγορεῦσαι. — 114, 14 et 22, σέβονται, Porph. IV, 9 falsum σέβοντες. — 114, 27 παρεσκευασμένα, Porph. falsum παρεσκεύασται. — 177, 10 τῶν . . . ἀπαρχῶν . . προϊουσῶν (παρεχουσῶν Porph. II, 7, 4) παρανομίας. — 178, 28 τιμῆς μὲν ἕνεκα οὐ θυτέον (οὐ Porph. II, 24, 9 deest, quod est falsum) . . . . οὐ μὴν οὐδὲ . . . ἀποδιδόντας (Porph. ἀποδίδονται falsum).

Raro codices Porphyriani meliores lectiones quam Eusebii codices, aut recta quae hi depravata praebent, ut 34, 10 κατοικεῖν falso apud Eusebium, κατοικοῦν recte apud Porph. II, 5, 6. — Eus. 178, 99 (= Porph. II, 13, b 1) πανύ omissum est. Itaque nescio an plures lectiones in Porphyrium ex Eusebio recipiendae sint, quam recepit Nauck, codicibus Eusebianis nondum accurate collatis magna, ut par erat, cautione in hac re usus (cfr. praef. Nauckii XIII). De singulis eius modi locis postea (in annotationibus criticis) dicemus.

E libris Memorabilium *Xenophontis* Eusebius 30, 21 seqq. et Vol. II pag. 414, 27 seqq. (minus decurtatum) I, 1, 11—14 affert. Quales sunt codices huius Xenophontis operis — de qua re Schenkl, postquam in Wiener Sitzungsber. LXXX quaestionem enucleavit copiosiusque tractavit, in praefatione editionis suae (Bero-

lini 1876) breviter verba facit — ex Eusebii libris aliquid opis exspectes. Atque nescio an lectioni codicum Xenophontis (§ 11) οὐδὲ γὰρ περὶ τ ῆ ς τ ῶ ν π ά ν τ ω ν φ ύ σ ε ω ς ἧ π ε ρ τ ῶ ν ἄ λ λ ω ν ο ἱ π λ ε ῖ σ τ ο ι διελέγετο, σκοπῶν . . etsi speciosum aliquid habet, praeferenda sit Eusebii codicum lectio: οὐδὲ γὰρ περὶ τ ῆ ς ἁ π ά ν τ ω ν φ ύ σ ε ω ς ἢ π ε ρ ὶ τῶν ἄ λ λ ω ν, ὥ ς ο ἱ π λ ε ῖ σ τ ο ι, δ ι ε λ έ γ ε τ ο, σ κ ο π ῶ ν. Id omitto quod est ἁπάντων pro πάντων, ut 31, 11; gravius illud est quod, si Eusebii textum sequimur, Xenophon Socratem de physicis omnino disputasse negat; quod debet negare, non dicere Socratem alio modo atque plurimos de ea re disputasse. Sed π ε ρ ὶ τ ῶν ἄ λ λ ω ν offendit: quod minime debet offendere, nam φύσεως simul audiendum est. Sententia haec est: Socrates neque de universi mundi natura, neque de natura aliarum rerum, τῶν οὐρανίων (Euseb. 30, 25), quales sunt ἄνεμοι, ὕδατα, ὧραι (Xenoph. § 15), disputavit*).

In hac re si priores Eusebii codicibus detulerimus, idem aliis quoque dubiis locis iure quodam erit faciendum. Ita 31, 1 (=Xen. § 13) μέγιστα fortasse melius quam μέγιστον; sed 31, 12 (= Xen. 14) ἀπόλλυσθαι (Euseb.), per se non falsum, concinnitati nimis repugnat, quare ἀπολέσθαι (codices Xen. ἀπολεῖσθαι) praeferendum est. — Aliae inter textus differentiae, maxime in elisionibus, minoris sunt momenti.

Textum *Clementis Alexandrini* quominus cum textu Eusebiano accuratius conferrem prohibebar, quod editio-

*) Eusebii Vol. II, 415, 4 (=853 d) legitur: καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει. Schenkl apud Xen. § 12 καὶ πρῶτον μὲν π ε ρ ὶ αὐτῶν ἐσκόπει scripsit, περὶ addito, et iure quidem, 15 ἐσκόπει δὲ π ε ρ ὶ αὐτῶν καὶ τάδε collato, addidit, sed „περὶ libri quidam Eusebii", nescio an iniuria dixerit; nam Gaisford: „περὶ om. B. C. D. E. F. G. I.", neque plures codices collatos habuit.

nem Dindorfianam Clem. Alex. bibliopola mihi comparare non potuit. Klotzianam editionem mihi comparanti ex Eusebio non multum opis textui peti posse videbatur. — Aliter se res habet in *Plutarchi* scriptis moralibus quae dicuntur, de qua re tamen satius erit nullam certam sententiam proferre, priusquam meliores eorum operum editiones nacti simus.

De rebus quibusdam grammaticis et orthographicis.

Quae sermonis Eusebii in rebus grammaticis propria videntur, ea maxima ex parte eius aetatis sunt putanda; nova aut novae significationis vocabula, quibus uti videtur, nescio an ex aliis quoque rerum ecclesiasticarum scriptoribus erui possint. Huic rei haud exiguam dedit operam Heinichen in indice editionis Praep. ev. (Lipsiae 1852) maximeque in indice Histor. eccl. Eusebii (Lipsiae 1868). — De syntacticis rationibus posterioris graecitatis admodum pauca adhuc collata et exposita sunt, neque ego, cum nondum totam Praep. ev. perscrutatus sim, in animo habeo singularum rerum exempla enumerare. Paucos notabiliores usus breviter commemorabo. — Nullius praepositionis frequentior est usus quam praepositionis κατά, praesertim cum accusativo coniunctae. Qua in re maximam vidi similitudinem cum huius praepositionis iam apud Polybium usu (cfr. Die Präpositionen bei Polybius von F. Krebs in Beitr. zur hist. Syntax der griech. Sprache von M. Schanz, Würzburg 1882, pag. 128 seqq.). — Dativi ad personam agentem significandam usus tam frequens est, ut rarissima sint exempla praepositionis ὑπὸ cum genetivo coniunctae. — Particulam ἄν cum participio coniunctam multo saepius invenimus quam apud Atticos. — ὡς ἄν in enuntiato finali cum optativo coniunctum — ut si enun-

tiatum principale esset — saepe inveni, cuius rei attuli exempla in annotationibus criticis ad 21, 11.

Denique facere non possum, quin dicam quandam inter sermonem Eusebii et Diodori Siculi similitudinem interesse videri. Quod certe nemo mirabitur, si perpenderit Eusebium Diodorum saepius lectitasse, quod et ex excerptis satis magnis quae in Praep. ev. exstant apparet, et ex Eusebii de Diodoro iudicio licet concludere: Praep. ev. 21, 20 *γνωριμώτατος ἀνὴρ τοῖς Ἑλλήνων λογιωτάτοις*; 54, 15 *ἐπιφανὴς ἀνὴρ καὶ δόξαν οὐ μικρὰν παιδείας παρὰ πᾶσι τοῖς φιλολόγοις κτησάμενος*. Quamquam de hac re adhuc magis sensu quodam quam certis indiciis ductus iudico, mihi id persuasum est rebus accuratius examinatis futurum esse, ut et in singulis vocabulis et in constructionibus haud parva inveniatur similitudo. Prooemium Diodori propter quandam rerum cum Eusebianis rebus cognationem statim huic videtur favere opinioni.

In orthographicis similibusque rebus quam parva sit codicum auctoritas nemo non intellegit. Scriptoris tamen posterioris aetatis, qui *κοινῇ* lingua usus sit, textui ex inscriptionibus nullum fere afferes fructum; e codicum lectionibus collatis verum, quantum fieri potest, eruendum est. Atque eo difficilior fit res, quod verisimile est scriptores non semper sibi constantes fuisse, sed ut in nostris nonnumquam fit linguis, tum hoc tum illo modo scripsisse. Tamen non raro quaedam inter excerptos scriptores differentia etiam codicum testimonio cernitur.

De declinatione vocis *νεώς* haec annotavi:

sing. nom. *νεώς* 90, 4 Clem. Alex.; 183, 2 Porph.
dat. *ναῷ* 88, 27; 89, 1 (*h νεῷ*) Clem.
acc. *νεών* 160, 11 Eus.; 72, 23 Diod.; sed 45, 32 *νάον* Philo.

plur. nom. *ναοί* 209, 28 Eus.; 96, 5 et 7 Clem.
gen. *ναῶν* 35, 25; 148, 2 Eus.
dat. *ναοῖς* 166, 22 Eus.
acc. *νεώς* 20, 11; 159, 30; 194, 16 Eus.; 88,

21 et 23 et 24 Clem.; sed 40, 9 *ναούς* Philo; *ναούς* etiam 52, 15, quem verborum contextum editores Eusebio tribuunt, sed propter hanc ipsam formam (*ναούς* pro *νεώς*) vocabula 52, 13—19 Philonis esse puto, quod ipso argumento haud quaquam impeditur.

De testimoniis inscriptionum cfr. Meisterhans Grammatik der attischen Inschriften, Berlin 1885, pag. 53.

In tertia persona sing. aor. indic. act. aliquantum variant codices; sed propter maximum exemplorum numerum exitus *ειε* verus est putandus. Ita 4, 30 *διαπορήσειε*; 5, 34 *ἀπορήσειεν*; 15, 9 *ὁμολογήσειε*. — 8, 26 *ὁμολογήσειεν a h*, sed *ὁμολογήσαι ἄν* ceteri; sed prius verum putandum est; 8, 24 pro *ἀποφράξειαν* (*a h*) vel *ἀποφράξοι ἄν* scribendum est: *ἀποφράξειεν ἄν*. — Apud Philonem 50, 23 *ἐγχρίμψειεν*; 51, 21 *ἀναβλέψειεν*. — Apud Porph. 179, 22 *σωφρονήσειε*. — Apud Oneomaum 245, 29 *ὀκνήσειεν*; 292, 8 *ἀξιώσειεν*; 294, 22 *φήσειεν*, unde concludo (apud Oenom.) 269, 1 pro *ἀπορήσαι ἄν a h, o b* (vel *ἀπορήσαινεν i*) scribendum esse *ἀπορήσειεν ἄν*; 294, 23 pro *ἐθελήσαι*: *ἐθελήσειε*. Sed negare non velim fieri potuisse, ut Oenomaus utraque forma uteretur. Neque mutare audeo, quod apud Clem. Alex. 89, 14 scriptum est *ὁ πᾶς ἂν ἀρκέσαι*.

Ut 18, 22 est *ἀρνηθείημεν*, ita 21, 15 ex plurimis codicibus scribendum *δοκοίημεν* (*δοκοῖμεν o*), 93, 23 item *δοκοίημεν* (*δοκοῖμεν o*).

21, 16 Euseb. est *παρέστωσαν* in *a h*, *παρέστων* in *o i*; 77, 16 Clem. Alex. *παραδεδόσθωσαν a*, ceteri *παραδεδόσθων*; utra forma praeferenda sit sane est dubium.

Inter *ἀληθῶς* et *ὡς ἀληθῶς*, quae vocabula saepissime nobis occurrunt, nulla videtur esse usus differentia, nisi quod *ὡς ἀληθῶς* saepius fortasse dicitur, si vox, ad quam (*ὡς*)*ἀληθῶς* refertur, ante posita est. Ita vulgo *θείας ὡς ἀληθῶς θεολογίας* (76, 17) sed *τῶν ἀληθῶς θείων* (116, 21). Sed tamen 155, 16 *ἀγαθὰς καὶ ὡς ἀληθῶς θείας*. — His Eusebii locis est *ἀληθῶς* 15, 9; 21, 5; 111, 30; 116, 21; 168, 12; 193, 21; 202, 13; 208, 11; 209, 25;

211, 26; 212, 20; 214, 27; 234, 34; 235, 30; 236, 3. — ὡς ἀληθῶς 2, 1 (*h* sine ὡς); 76, 17; 111, 24; 143, 9; 155, 16; 182, 11; 201, 14; 210, 11; Vol. II, 3, 28. — Apud Oenomaum semper est ὡς ἀληθῶς: 236, 11; 268, 16; 269, 6; 292, 22.

In comparativa et superlativa forma adiectivi παλαιός magna est in codicibus varietas, sed cum nonnumquam omnes codices breviores formas παλαίτερος et παλαίτατος habeant, nescio an eae longioribus praeferendae sint. Breviores formae his locis in omnibus codicibus inveniuntur: 33, 23; 35, 24; 37, 8; 93, 18; 106, 16; 191, 21; 214, 8; 240, 26, 248, 19. — 20, 27 est παλαιοιτάτας in *a h*, *o*; 40, 3 (apud Philonem) παλαιότατοι *o*, παλαίτατοι reliqui; ceteris locis in *a h* solis longior forma: 19, 12; 36, 22; 37, 11; 116, 17; 201, 5 (etiam *i*).

Utrum σμικρός an μικρός scribendum? Post οὐ semper est in codicibus forma μικρός: 9, 19; 54, 16; 156, 27; 166, 4; praeterea 125, 1 δὲ μικρῷ. — σμικρός est his locis: 1, 18 τὴν σμικράν (non in *h*); 127, 12 ταῦτα σμικρά (*a*, *i*); 196, 28 καθωσιωμένον, σμικρά. His duobus locis proximum antecedens vocabulum in σ(ς) cadit, ut suspicari possis σ eam ob causam ex initio vocis μικρός excidisse: 63, 21 φυσιολογίας μικρόν; 180, 10 κνίσας μίκρῳ πρόσθεν. Itaque verisimile puto Eusebium numquam μικρός, nisi forte post οὐ, dixisse, quod etiam in Hist. eccl. (ed. Heinichen) I, 13, 19 est περὶ τῆς σμικρότητος, eodem loco ἐσμίκρυνεν; III, 39, 13 τοι σμικρός. In Praep. ev. 24,13 et 25,4 in loco e Diodoro excerpto codices κατὰ μικρόν habent.

Inter ἀνθρώπειος et ἀνθρώπινος codices ita variant, ut utraque voce Eusebium usum esse putem. Idem fere de ἑαυτῶν, -οῖς -ούς et αὑτῶν -οῖς, -ούς dici potest.

γίνομαι (γινώσκω) ubique fere est, si excipias excerpta ex scriptoribus quos constat γίγνομαι (γιγνώσκω) in operibus suis usos esse. In his excerptis vestigia formae γίγνομαι in codicibus Eusebii non desunt. In Eusebii textu inter magnam multitudinem exemplo-

rum verbi *γίνομαι*, unum exemplum inveni plenioris formae: 196, 2 *γιγνόμενα a i* (*γινόμενα o*). — In locis e Diodoro, Dionysio Halic., Clementi Alex., Philone sumptis ubique est forma *γίνομαι*; sed apud Oenomaum est plenior forma 296, 17 atque 267, 4 (in cod. *a*); brevior forma 258, 10; 298, 30. — Apud Porphyrium plerumque brevior forma: 114, 18; 131, 7; 131, 14; 178, 11; 198, 1; 206, 20; 225, 3; 225, 7; plenior forma 204, 9 (sed *o γιν.*) 207, 14 (*a*); 222, 30 (in oraculi responso); 34, 14 (sed *a γιν.*). Unde concludo formam *γίγνομαι a* sermone Porphyrii et Oenomai non alienum fuisse.

In Plutarchi Stromateon fragmentis, quae re vera e Theophrastea epitome petita esse demonstravit Diels (Doxogr. graeci), plenior forma, quae Theaphrasto fortasse est tribuenda, ter invenitur: 27, 3; 28, 5; 28, 18 (*a h*, ceteri *γιν.*); brevior forma 26, 4; 27, 17 et 18; 29, 9; 30, 2. Forma propria Xenophontis plenior servata est 30, 26 in *a h*, *i b*, sed 31, 10 est *γιν.* — In excerptis Platonis est 31, 27 *γιγν.*, sed 31, 19 et 31, 29 *γιν.* — Apud Aristoclem Vol. II, 5, 14 *γιγν.* in *i* (*γιν.* in *o*). — De his formis in inscriptionibus Hecht: Orthogr. dial. Forsch. (secundum Recensionem in N. Phil. Rundsch. 1887, n:o 5): *γίγν.* ad 300 a. Chr. n.; *γιν.* 300 a. Chr. n. — 300 p. Chr. n.; deinde *γιγν.* rursus apparet.

Utrum *σσ* an *ττ* scribendum sit ope librorum manu scriptorum nescio an ubique fere diiudicari possit. In nonnullis excerptis semper *σσ* legitur, in plurimis vero, paucis vocabulis exceptis, semper *ττ*. In Eusebiano textu fere semper est *ττ*, ut 1, 11 *συμπράττοντος*; 3, 25 *κηρυττομένην* multisque aliis locis, sed 123, 12 *θαλάσσῃ* (sed *a θαλάττῃ*); 123, 15 *θάλασσα*; 240, 32 *ἐλοίμωσσον*; 241, 15 *τέσσαρας* [*ἀπομειλίσσεσθαι* nescio an semper dictum sit a Graecis. Eus. 167, 32; 194, 19; 200, 27. Dion. Halic. 190, 1 *a i*; Porph. 139, 32; 140, 10; 197, 22 (*a i*)]. Vol. II, 1, 10 *εὐγλωττίαν* in omnibus codd.; sed 7, 29; 8, 23; 8, 26 *γλωσσ.* in cod. *o*. Vol. I 37, 16 *γλώττης a h*, ceteri *γλώσσης*. In hac voce *ττ* vera apud Eusebium

videtur esse lectio. — In locis Diodori est ττ praeter 22, 30, ubi *θάλασσαν* (*θάλατταν a*; Diod. *θάλατταν D*, *θάλαττα* C F, ceteri *θάλασσαν*); 32, 30 *θάλασσαν* (sed *θάλατταν a* et Diod. *D*). — Apud Dionys. Halic. 190, 1 *ἀπομειλισσόμενοι a i* (ceteri: ττ); 190, 15 *διαφυλάττουσαι*. — Apud Clem. Alex. ubique ττ praeter 83, 19 *ἄσσα*; 90, 16 *θάλασσα*, sed 185, 27 *θάλατταν* (sed *o θάλασσαν*). — Apud Plutarchum plerumque ττ, sed 101, 28 et 220, 20 *φυλασσ*. sed 216, 31 *διαφυλάττουσι*; 110, 7 et 220, 4 *θάλασσαν*; 239, 29 *κρεισσόνων a i*. — Apud Oenomaum ττ, sed 243, 9 bis; 251, 30; 266, 5 *θαλασσ*; 242, 7 *ἐθαλασσοκράτει*; 264, 2 *τεσσάρων*. — Apud Porphyrium vulgo ττ, sed σσ 140, 17 *ἀναπλάσσειν* (qui locus tamen corruptus videtur); 83, 19 *ἄσσα* (cfr. Clem.); *θαλασσ*. 90, 16; 123, 12 et 15; 135, 2; 135, 5 (*i b o*); 173, 3 et 7 et 25, sed 138, 9 *θαλάττης* (*b o* σσ); 183, 26 *γλώσσης b o* (ceteri ττ); 183, 27 *γλῶσσαν a i o*; in ceteris vocibus ττ (ex. gr. 223, 30 *κρείττους*, cfr. Plutarch.). — In Plutarchi Strom. (= Theophr.) sunt exempla 27, 10 *θάλασσαν*; 28, 29 *τέσσαρα*. — Apud Xenoph. 30, 22 *πράττοντας*. — Apud Apollon. Tyan. 176, 31 *κρειττόνων*; 177, 2 *κρείττονι* (cfr. Plutarchum).

Apud Philonem semper σσ: 38, 5 *γλώσσαν*; 41, 12 et 20; 43, 12 (hoc loco non in *o h*) *θαλασσ*.; 42, 27 *κρείσσονας*; 44, 32; 48, 11 et 13 *τέσσαρ*.; 45, 7 *ἀπηλλάσσετο a* (ceteri ττ); 49, 14 *φυλάσσουσιν*; 51, 31 *χαράσσουσιν*. — Ex scriptis sacris est exemplum 3, 7 *καταλλάσσων*. — In versibus (oraculorum responsis), semper σσ: 171, 28; 172, 10; 173, 5 *θαλασσ*; 171, 31 *χαράσσετε*; 233, 24 *ἑλισσόμενοι*; 105, 16 in versu Hesiodi *μελίσσας*.

Inter *σφάττω* et *σφάζω* variant codices, sed ita ut illa forma multo sit frequentior. Euseb. 13, 7; 193, 28 *κατασφάττειν*; 13, 17 *ἐπέσφαζον a h* (*ὑπέσφαζον o*); 182, 6 *κατέσφαζον* (*a κατέσφαττον*); 194, 30 *ἔσφαζον*; Porph. ττ 172, 28 (*a i*); 182, 28 sed 184, 12 *σφαζόμενον*.; Philo ττ 50, 8; 184, 27; Clem. ττ 186, 4 et 18 et 22. Quare nescio an forma ττ sit praeferenda.

Quamquam de omnibus his rebus difficile est nunc certum statuere; sed cum criticas, quibus fidere possimus, auctorum posterioris aetatis editiones nacti erimus, ea quae hic de orthographia congessi spero haud exiguae fore utilitati.

Restat ut de elisione et de ν ἐφελκυστικῷ pauca addam. In codice *a* formis verborum in ε exeuntibus et dativo plurali tertiae declinationis ν plerumque additur, etiam ante consonantes; elisio vocalis ε in *a* saepius occurrit quam in aliis codicibus, sed cum *a* in his rebus non satis constans sit, neque cum codicibus auctorum ab Eusebio excerptorum consentiat — non magis quam ceteri Eusebii codices —, textum a prioribus receptum servandum puto, nisi optimi codices omnes repugnent.

Annotationes criticae.

1, 7 editores virgulam quae vocatur post ἐπαγγελλομένης ponunt, quare τήνδε σοι ἐπεφώνησα coniungunt. Sed τήνδε (pro αὐτὴν) per se falsum est, neque verbum ἐπιφωνέω et cum accusativo et cum dativo coniungi potest. ἐπιφωνέω aut προσφωνέω in his exemplis, ubi vim dedicandi habent, cum solo dativo coniuncta sunt. Eus. Eccl. Hist. IV, 3, 3 Ἀριστείδης . . ., τῷ Κοδράτῳ παραπλησίως ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογίαν ἐπιφωνήσας Ἀδριανῷ καταλέλοιπε. — Eus. Eccl. Hist. IV, 3, 1 τούτῳ Κοδράτος λόγον προσφωνήσας ἀναδίδωσιν. — Diog. Laert. 4, 38 διὸ καὶ τούτῳ μόνῳ τῶν ἄλλων βασιλέων προσεφώνει. 7, 185 τοσαῦτα γοῦν συγγράψας οὐδενὶ τῶν βασιλέων προσπεφώνηκεν. — Itaque τήνδε ad priora referendum est; supervacaneum videtur, sed his verbis quodam modo defenditur: 4, 10 ἐπὶ τήνδε καθεὶς τὴν πραγματείαν τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως.

1, 19 est σωμάτων in *h*, in aliis σώματος; hoc melius videtur, quod corpus in abstracto dictum est, neque fere aliud significat quam φθορᾶς, qua voce explicatur. Deinde sequitur concreta, quam dicunt, vi 1,20 ψυχαῖς . . . σώματα, sed pro σώματα (cod. *g c*) scribendum est σωμάτων ex *h i*; namque ut ψυχαῖς sine articulo est, ita etiam σωμάτων, neque verisimile est Eusebium corpora ex animis pendere et eas quasi umbram

sequi dicere voluisse, sed dicit ea quae corporum propria sunt, vel emolumenta corporum, ex emolumentis animarum pendere. Sententia Eusebii videtur esse ea quam pronuntiat Christus Matth. 6, 33.

2, 4 pro *ζωὴ ἐξ ἧς* est in *h ζωῆς ἔξαψις ἥ*. Haec lectio, si in arcehetypo non fuit, unde orta sit non explices. Contra facile intellegimus, scriptorem codicis X lectionem, propter vocem *ἔξαψις* inusitatissimam, minus perspicuam correxisse. *ἔξαψις* apud Zonar. p. 1456 *ὀξυχολία, ἔξαψις καρδίας παραυτίκα ὀρεγομένη κακῶσαι τὸν κακώσαντα*. Coniunctio *κατὰ τούτον ἔξαψις* aliquid duri habet, sed constructio *ἐξ ἧς ἐγγίνεται*, quae est vulgaris lectio, ferri omnino non potest; nam *ἐγγίνομαι* cum *ἔν τινι* aut *τινί* coniungitur.

2, 14 et 15 scriptum est:

ὑστεροῖτο τὸν ὄντως ἀγαθὸν δημιουργὸν h
ὑστεροῖτο ὁ τῶν ἀγαθῶν τὸν δημιουργὸν X.

Apparet post o in *ὑστεροῖτο* articulum *ὁ* in *h* excidisse; tum genetivus sententia postulatur, ut paulo post legitur: *τὸν παμβασιλέα τῶν ὅλων*; praeterea saepius o pro ω scribitur quam contra (*h* 2, 28 similiter *ὅλον* pro *ὅλων* scriptum). Ordo verborum nonnihil durus duobus similibus constructionibus 9, 32 aliisque ut 25, 28 (cod. *a*) defenditur. Post *ὸν* in *ἀγαθὸν* articulus *τὸν* facile excidit. Vocem *ὄντως*, paene supervacaneam, non est cur *a* scriptore *h* ipso inventam putemus. Itaque lectionem codicis *X* recipio *ὄντως* ex *h* addito.

2, 15 pro *ἐξοικειούμενος* scribendum est ex codice *h ἐξῳκειωμένος*, neque enim de eo agitur qui nanciscitur, sed de eo qui nactus est (cfr. 196, 26 *δαιμόνων ἀγαθῶν πλήθει προσῳκειωμένον*); tum *ἐπιγραφόμενος* (tempore praesenti) de eo dicitur, qui deum patronum sibi vindicat (sich zuschreibt) cfr. supra 2, 1. Lucian. de morte Per. 11, Herm. 14, Fug. 4, 16. Demosth. p. 1266. Etiam in iis quae sequuntur tempus praesens et perfectum alterum alterum sequitur: *πλησιάζων — ἠξιωμένος*.

2, 21 sunt hae lectiones:

ὁμοῦ καὶ ψυχῆς καὶ σώματος καὶ *h*,
ὁμοῦ καὶ ψυχῆς τε καὶ σώματος καὶ *g*(*o*)
ὁμοῦ ψυχῆς τε καὶ σώματος καὶ *i*.

Lectio, quae est in *i*, sermoni Eusebii congruit, cfr. 5, 15; 7, 2; 11, 18; 14, 2, aliaque.

3, 7 et 8 lectio aliorum codicum est confusa; in *h* veras lectiones habemus: τὸν σύμπαντα κόσμον scribendum est. 7, 8; 8, 10; 15, 10 εὐαγγελίζεσθαι in omnibus codicibus cum duobus accusativis coniunctum est.

3, 22 hic προσκυνέω cum dativo iunctum est; supra (15) cum accusativo. Cfr. lexica.

4, 1 difficile est dictu utrum διαλῦσαι cod. *h* an διαλύσασθαι alterius codicum familiae verum sit. Quod forma media non facile ex activa forma corrumpi potuit, neque certa inest causa cur activam formam emendarit librarius, mediam formam genuinam in *h* corruptam puto.

4, 6 δι' ἀποδείξεως ἐναργοῦς παρέχειν τεκμήριον. Pro ἐναργοῦς codicis *h* ἐναργὲς scribendum puto, ut est in familia *X*; namque vox τεκμήριον premitur, cui aptissime additur attributum ἐναργές, ut ad τεκμήριον Plato Ion. 535, c; ad δεῖγμα 12, 22 Euseb.; ad σημεῖα Plato Tim. 72, b; ad μαρτύριον Polyb. 4, 8, 4. Scriptorem *h* propter praecedentem genetivum ἀποδείξεως genetivum ἐναργοῦς scripsisse in aperto est; cfr. 6, 26 τοὺς μηδὲν ἔχειν ἡμᾶς δι' ἀποδείξεως παριστάναι. Sed non reticere velim Eusebium 7, 10 διὰ πλειστῶν καὶ ἐναργῶν ἀποδείξεων scribere; similiter fere 8, 2.

4, 19 non est cur hoc loco προπαρασκευῆς familiae *X*, ut Gaisford et Dindorf fecerunt, pro προκατασκευῆς voce codicis *h* minus usitata scribamus, cum supra 4, 11 omnes codices hanc vocem praebeant.

5, 7 θεῶν ex *h* sumendum est pro ἐθῶν, quod in toto hoc sententiarum nexu de nulla alia re nisi deorum cultu agitur; ἄθεος est ὁ θεῶν ἀποστάς. 98, 7 est pro

ἐθῶν falsum θεῶν in omnibus codicibus.

5, 12 καταξιωθήσεσθαι lectio codicis *h* recipienda. καὶ ex κατ corruptum hic nullum habet locum.

6, 25 nulla est causa cur pro προταθέντων lectione optimorum codicum προτεθέντων scribamus.

7, 18 pro γέ aptius γάρ.

8, 17 ἐνηνθρωπήκει cur editores pro ἐνηνθρώπει scripserint non video causam, nisi quod hanc lectionem in *a* quoque inesse ignorarent.

8, 26 ἄν, quod in codicibus omissum est, ponendum est ante οὐκ; nam is est locus huius particulae, et in interrogationibus quidem a pronomine interrogativo prope abest; cfr. 2, 8 τί οὖν ἂν γένοιτο; 2, 14 τί ἂν ἔτι λείποιτο; τίνος δ' ἂν ὑστεροῖτο; 2, 15; 4, 32; 5, 5; (5, 6); 5, 17 ποίαις δ' οὐκ ἂν ἐνδίκως ὑποβληθεῖεν; 10, 5 τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη; 14, 9 πῶς οὐκ ἂν τοῖς πᾶσιν συμβάλλοιτο aliisque locis.

9, 6 ὁσίων καὶ θεοφιλῶν scribendum videtur; nam quod in *a* θείων pro ὁσίων est, illud propter sequens φιλοθέων exstitit aut ex similitudine litterarum uncialium ο et θ, σ et ε; non aliter 37, 3; 39, 12; 43, 32 σ pro ε.

9, 7 ἅπαντας, plenior forma plenioris vis apud Eusebium frequens (ex. gr. 3, 4; 3, 27; 4, 1; 5, 15; 12, 6; 13, 28; 19, 24; 21, 8) e codice *X* recipienda est.

9, 24 ex *X* articulum ante Χριστοῦ addidi, ut est 3, 6; 10, 6; 11, 24; 12; 30.

10, 2 ἐπὶ ex codice *a* est restituendum.

10, 15 τῶν est delendum, cuius neque in *a* neque in *o* sunt vestigia.

10, 16 lectio codicis *a* τοῦ προφήτου ἱερεμίου (idem vocum ordo atque 7, 19: ὁ ἱερός ἀπόστολος Παῦλος) genuina videtur.

10, 22 δὴ οὖν (similiter 6, 28); οὖν e codice *X* recipiendum.

11, 5 vocabula προβεβλημένον — 7 δυνάμεως, cum in nullo alio codice nisi in *n* (in margine quidem) iisque qui ab eo originem ducunt inveniantur, *n* vero nullam

propriam auctoritatem habeat, etsi nihil quod offendat, nisi vocem μὲν, praebent, e contrario sententiam adiuvant clarioremque faciunt, necesse est secludamus. Ita haec fit sententia: id quod inde ad beatam vitam omnium hominum factum est, non solum ex apertis eius verbis, sed etiam ex occulta potestate erat, quod genus hominum liberatum est simul cum verbo eius. — Deest fortasse aliquid hoc loco; quod librarius haud indoctus cum animadvertisset, quaedam non contemnenda ad lacunam supplendam invenit. προβεβλημένον paulo post invenitur: 9 προβεβλημένῃ διδασκαλίᾳ. 12, 19 legitur τεκμήριον τυγχάνειν τῆς ἐνθέου καὶ ἀπορρήτου δυνάμεως. Cfr. 15, 12.

13, 4 pro π α ρ α β ά λ λ ε ι ν, quod est in *a h*, scribendum est ex *o* π ε ρ ι β ά λ λ ε ι ν, cfr. ἀγχόνῃ περιβάλλειν cum Aesch. Ch. 569 νεκρὸν θήσω ποδώκει περιβαλὼν χαλκεύματι; Eur. Or. 25 πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ᾽ ὑφάσματι; Antiph. 3, β, 12 μὴ . . πατέρα καὶ παῖδα ἀώροις συμφοραῖς περιβάλητε.

13, 13 est in *a* γ ε γ η ρ α κ ό τ α ς, ut 13, 3 et 13, 19. Sed 13, 13 in aliis codicibus π α ρ α κ μ ά σ α ν τ α ς est, quod vocabulum minus usitatum, cum a scriptore codicis *X* pro γεγηρακότας in textum intrusum esse non verisimile sit, genuinum videtur. — Etiam 13, 19 γ έ ρ ο ν τ α ς, quo variatio vocabulorum efficitur, propter participium ζῶντας aptius dicitur, ut 13, 14, quam γεγηρακότας.

